D. IOANNIS BAPTISTÆ
*Caccialupi de S. Seuerino*

# TRACTATVS DE PACTIS.

IN QVO MATERIA PACTORVM DILVCIDE, DOCTE, PERSPICVE, SOLIDEQVE PERTRACTATVR.

*NVNC AVCTIOR, EMENDATIOR, RECENTIOR cum varietate literarum in allegationibus, & à mendis quibus ſcatebat repurgatus, editus.*

CVI ACCESSIT INDEX RERVM AC VERBORVM DITISSIMVS.

*OPERA ET STVDIO.*

IOHANNIS FRIDERICI SEIPS, I.C.

ETTLINGÆ,
Typis ac ſumptibus Iohannis Philippi Spieſſii Typographi M. B.

*ANNO M. D. CVI.*

Digitized by Google

Digitized by Google

# D. IOHANNIS BAPTISTÆ CACCIALVPI DE S. SEVERINO, TRACTATVS DE PACTIS.

CVM ob aliquos caſus, peſtis timorem non iniuſtum ſuperioribus menſibus Dd. ob repentinas vacationes indictas quodam ſpacio vacauerint, & legere intermiſerint, & ea propter non potuerint affectatos & conſuetos proceſſus legendo facere, & ob hæc cum ego Io. Baptiſta de Caccialupis, de S. Seuerino minimus inter Dd. in hoc Gymnaſio Senenſi legentes, viderem me nō poſſe reſiduo breui tempore præſentis anni abſoluere titulum de pact. ſubtiliſſimum, neceſſarium & vtiliſſimum vt deceret, quem tamen in voce proſequar, vt hodie incepi: vtile putaui vt compendioſum tractatum ſubiiciem de materia pactorum quem excerptum habebitis DEO propitio ex commentariis maiorum noſtrorum, & præſentim D. Baldi de Vbaldis de Peruſio qui de hac materia tractatum fecit non negligendum dum ageret annum vigeſimum ſecundum ætatis ſuæ. Conabor edere illum talem, vt ſi illum alacri ſtudio acceperitis in materia pactorum, videatis vos non mediocriter profeciſſe multaque præterea dediciſſe, quæ illam materiam pactorum contingunt. Seruabo ordinem Baldi, per infra ſcriptas quæſtiones.

I. Quid ſit pactum.
II. Vnde dicatur.
III. Quid differat à conuentione.
IV. Quid differat à promiſſo.
V. Quid differat à pollicitatione.
VI. Qualiter inter ſe pacta formaliter diſtinguantur.
VII. Qualiter contrahantur.



Digitized by Google

dicitur ius verſari,id eſt,probatio ſolennitatis,quia † qui allegat ſti 2
pulationem,debet illam probare, *vt habetur in l.ſciendum,ff.de verb.obl. & in l.1.C.de vſuris.cum ſim.* vnde facile eſt allegare & probare pactum: ſed difficile eſt probare ſtipulationem per teſtes : quia non ſufficit probare interrogationem & reſponſionem niſi probetur, quod incontinenti ſubſecutæ ſint *vt l.continuus,in princ.ff.de verb.oblig. & ſing. not.in d.l.1.C.de vſuris.* vnde ſi teſtes dicunt quod in aliquo actu interuenit ſtipulatio interrogati quomodo ſciunt : dicent quia viderunt & audierunt quomodo præceſſit interrogatio, & ſecuta eſt reſponſio:illud dictum non probat ſtipulationem *ſecundum Bart. & Bald.in d.§ pactus.& in d.l.1.C.de vſuris.* vbi pleriq; poſt Cyn. aliter tenent in hoc vltimo:igitur pro veritate ibi videndum. Cæterum † dum dixi 3
quod in pactis verſatur factum, conſideremus primo pactum dum eſt in fieri: & tunc in pacto verſatur merum factum,id eſt,nudi conſenſus miniſterium: non enim requiritur adeſſe pacti, quod ius adminiculetur,ſed ſufficit quod non reſiſtat. *vt l.legitima.& l.paciſci.cum ſi infra eod.* Secundo conſideremus pactum poſt natiuitatem ſuam, antequam venerit ad conflictum iudicij quod verbum habes *in l.fin. C.comminationes vel epiſtolas.* tunc ſimiliter dico quod in pactis verſatur factum ſcilicet vt merum à iuris ſolennitate abſtractum, licet ex eo oriatur naturalis. Tertio conſideremus pactum prout in iudicio intentatur, & allegatur:tunc ſimiliter in eo factum verſatur : quod ſufficit ſolum factum proponere, & probare rudem conſenſum, *vt per Doctor. in d.§.pactus ne peteret, & ſingul.per Bar.in l.ſi is qui pro emp. ff.de vſuca.*

*In idem* dixit non in eodem, vt denotetur quod conſenſus debeat eſſe de eodem, non circa idem: nam licet in vnam ſententiam tu & ego curramus,tamen iſtud non eſt pactum, *ſecundum Azo.in ſum. huius tit.& Bald.hic Iacob.But.hic in l.* noua dicit quoſdam dixiſſe, quod ideo iuriſconſultus dixit *in idem* in accuſatiuo,quod accuſatiuus* de- 4
notat quid obligatorium, ſed ablatiuus non: vt ſi conuenimus in ſcribendo: nam hic non eſt pactum, quod non eſt obligatorium: quam differentiam dicit Iacob.But.ſe non videre inter accuſatiuum & ablatiuum,ſubdit tamen poſſe dici,quando præpoſitio in, iungitur accuſatiuo denotet conuentionem ſuper aliquo non facto nec in eſſe producto, & tamen eſt obligatorium, cum obligatio ſemper



Digitized by Google

ſub verbis futuris concipiatur *l. ſtipulationis. §. ſtipulatio. ff. de verb. oblig.* ſed quando iungitur ablatiuo tunc denotat aliquid iam factum & in eſſe productum: quod ſub verbis præſentis temporis, non conſtituitur obligatio. Cum *l. 1.* loquatur de pacto quod eſt obligatorium, & ſic futurum reſpicere debet: ideo ſubiungit accuſatiuum, ad quod dicit facere illos verſus. In campo curro, &c. ſed hæc pertinacibus relinquamus.

## QVÆSTIO II.

### Vnde dicatur pactum.

#### SVMMARIA.

1 *Pactum à paciſcendo dicitur, quod concordia actus quidam dicitur.*
*Pactio ſignificare dicitur pactum prout in fieri reperitur.*
2 *Inſtrumentum dicens aliquos pactum feciſſe, ſuper iniurijs ſibi illatis, intelligitur de pace facta.*
3 *Pax ex concordia quod inter ſe diſcrimen habeant.*

SEcundo quæro *VNDE DICATVR PACTVM. Iuriſconſ. in d. l. 1. ff. eo.* dicit, quod dicitur à pactione, id eſt pacis actu paciſci [illegible] enim eſt quidam actus concordiæ, & ab iſto actu pacis dicitur pactū ſicut actus, id eſt cauſa: ſed pac[illegible]o à pacto dicitur vt deriuatum à deriuante ſecundum Iſido. quem refert gloſ. *in d. l. 1.* vbi Vlpi. aliter loquitur dicens: quod nomen pacis dicitur à pacto; ſoluit Bald. hic. quod Vlpi. loquitur de pace probata per contractum pacti. Iſidorus de pace intentionis per quam ad paciſcendum inuitamur, vel dic ſecundū Doct. *in d. l. 1.* quod pactum dicitur à pactione, ſcilicet intellectualiter non ad literam, quod pactio ſignificat pactum pro vt eſt in fieri, & ſic ſe habet per prius, pactum vero ſignificat effectum prout eſt in facto eſſe, & hoc ſe habet per poſterius: quoniam ex pactione reſultat pactum. Pax vero eſt pactum ſpeciale, quod ſit ſuper inimicitia & diſcordia, & ideo prius ponitur pactum tanquam genus, & ſubijcitur pax tanquam ſpecies, intelligendo de pace conuentionali quando præceſſit inimicitia: quæ pax cum ſit pars pacti in minus ſe habet quā pactum: alio tamē modo poſſet dici pacem in plus ſe habere q̃ pactū: nam pax eſt concordia animorum, quæ poteſt eſſe etiam citra pactū, vbi nulla præceſſit inimicitia ſeu guerra ſcilicet inter illos qui concordant

Digitized by Google

cordant & amicantur ad inuicem, *ita no. declarat tex. d. l. 1 cum gl. & Do. Ioan. de Lig. in tract. de pace. circa prin.* & placet mihi dicta declaratio ex quibus infertur per Dd. & maxime Bald Ang. Rapha. & Paul. *in d. l. 2.* quod † ſi in inſtrumēto dicatur quod partes fecerunt pactum de iniurijs ſibi illatis, intelligatur eſſe facta pax: adeo q̃ ſufficeret etiam in terminis ſtatuti pacem requirentis, quod profecto eſt valde not. 2
Quibus adde ſecundum Bald. ibid. quod pax eſt plena diſcordiam ſedatio: concordia vero eſt remiſſio iniuriæ, & ex conſequenti differūt, Adde *Spec. in tit. de treu. & pace. & Bal ibid. in addi.* vbi dicit quod aliud eſt concordia iniuriæ ſiue eius remiſſio, aliud pax. quod puto. no. idē *Cald. in l. de fideicommiſ. C. de tranſact.* dicit quod concordia eſt quies vel pax de quo etiam per Arch. *in c. 1. de immu. eccleſ. lib. 6.* conſulius etiam Bald. à quibuſdam Theologis, quæ ſit differentia inter pacē † & cōcordiam, Reſpondit, concordiam eſſe ſine interuentu amicitiæ, pacē cum interuentu amicitiæ, vt refert Rapha *in d. l 1.* inferens quod ſi poſt pacem factam fuerit offenſus, oſtendens poteſt dici proditor: non ſic poſt habitam concordiam: & de materia vide *in leg. ſi tibi, §. quædam infra eodem*, quæ tene mente, vt ſcias an probata concordia videatur probata pax. 3

# QVÆSTIO. III.

## Quid differat pactum à conuentione.

### SVMMARIA.

1 *Pactum in quo à conuentione differat.*
2 *Pactum duobus modis attendi poteſt.*
3 *Conuenit verbum an in dubio importet ſtipulationem vel pactum.*

TErtio quæro QVID DIFFERT * PACTVM A CONVENTIONE? dicendum quod differt vt ſpecies à genere: conuentio erg eſt & dicitur à conueniri: omnes ergo: qui ſemel conueniunt, id eſt, congregantur, conuentionem faciunt: ſiue ex diuerſis locis in vnum cōgregentur, ſiue ſinguli ꝓprijs animi motib. in vnū conſentiant *l. 1. §. conuentionis inf. eo.* Aliter ſumitur cōuētio ꝓ iudiciali inquietatione: pactū aūt ſuam ſpecialem ſignificationem habet vt dictū eſt, Bal. hic dicit adde quod † pactum poteſt cōſiderari duplicite 1 2

duplicite

dupliciter:vno modo pro vt in eſt,& tunc in quolibet contractu reperitur pactum conſideratum vt conuentio in genere, *vt d. §. conuentionis.* Secundo modo pro vt eſt quid ſpeciale,& habet propriam denominationem pacti, & hoc modo accipitur *in tit. de pact. ff. & C. ſecundum Bald. in Rub. C. eod. quod not.* Nec ignores, quod aliud eſt paciſci,aliud renunciare,aliud ſimpliciter conſentire: *vt per Bal in d. Rub. C. eo.* vbi videas pulchras illationes,& ibi dixi *& in l. 1. C. eo. tit.*

3 An † autem verbum conuenit poſitum in inſtrumento vel priuata cautione vel prolatum à teſte in dubio importet ſtipulationem vel pactum. *vide per Dd. in l. 1. C. de vſur. & in l. lecta. ff. ſi cert. pet.* vbi etiam traditur, quid ſit latius,an verbum conuenit,vel verbum promiſit de quo etiam *per. Iac. L. 1. C. de procu. & ſingulariter per Bald. in l. ſicut, C. de action. & obligation.*

# QVÆSTIO. IV.

## Quid differat pactum à promiſſo.

### SVMMARIA.

1 *Pactum in quo differat à promiſſo.*

2 *Promiſit verbum in inſtrumento poſitum debet intelligi per ſtipulationem.*

3 *Conuenit & promiſit verba, qualiter inter ſe differant.*

4 *Promiſit verbum, quando ſtipulationem & quando pactum importare dicatur.*

1 QVarto quæritur *QVID DIFFERT PACTVM A PROMISSO?* dicendum ſecundum Bald. hic quod plus & minus continere poteſt promiſſum quam pactum, loquendo de ea cõtinentia quæ verſatur circa ſolennitatem: nam promiſſum ad pollicitationem aptatatur pactum non: item ad ſtipulationem adaptatur promiſſum, pactum autem ſeparatur à ſtipulatione & pollicitatione, *vt probat tex. no. in l. ſciendum. §. dictum, ff. de adil. adic. & no. gl. in l. 1. §. aut in eod.* Et ideo infert Bald. hic quod ſi in inſtrumento ſiue alibi vbicunq; reperiatur pactus, non intelligatur vnquam de ſtipulatione, nec de pollicitatione, ſed de pacto nudo, niſi de veſtimento doceatur : cum enim veſtimentum ſit aliud ab eo quod veſtitur, & ſic extrinſecus ſumatur, *vt l. quæſitum, § ea vero. & l. fin. de fun. inſtruc. non præſumitur.*

Digitized by Google

*l.quacunq. ff.de pub.* Si † vero iſtud verbum promiſit inſertum ſit in in- 2
ſtrumento vel cautione priuata, vel prolatum à teſte, verum intelligatur per ſtipulationem vel per pactum vel per pollicitationem, *tractauit Bal. hic ſed Odof. latius in d. l. 1. C. de vſu. & d. l. lecta. & in l. ſciendum, de verb. obligat. vbi late de hoc.* Nec lateat quod Ponta. & quidam Moder. *in d. l. lecta.* dicunt quod verbum *promiſit* eſt generalius quam verbum *conuenit*: quod verbum *conuenit* ſolummodo importat conuentiones ſimultaneas *vt d. §. conuentionis.* Sed verbum promiſit, importat etiam pollicitationem, *vt eſt tex. in d. §. dictum, & in l. pactum de pollicita. Bart. vero Bald. & Ang. Saly. & Rapha in d. l. lecta.* dicunt, quod verbum *conuenit* eſt generaliſſimum ad omnem conuentionem, tacite vel expreſſe factam, *vt d. §. conuentionis*, cum ſequen. verbum vero *promiſit*
non eſt ita latum *vt d. §. dictum.* Dicendum † eſt quod inter iſta ver- 3
ba hoc intereſt quod vnum eſt generalius altero ſecundum quid, non ſimpliciter, vt patet ex prædictis *& late dixi in d. leg. lecta.* Illud ſingulariter notabis, quod ſi in inſtrumento reperitur, quod Titius promiſit permutare cum Seio, quod intelligitur nudo pacto, non autem per ſtipulationem: nam cum inſtrumentum exprimat contractum innominatum permutationis non includit oppoſitam ſpeciem, id eſt, contractum nominatum ſtipulationis, quod non compatitur vnum cum reliquo, ſecundum *Bald. in l. ſicut. C. de ac. & ob. in q. pen.* Si enim intelligeretur per ſtipulationem fieri digreſſio de contractu innominato ad nominatum, *vt l. ex placito. C. de rerum per mut.* & ideo non haberet locum pœnitentia, nec condictio ob cauſam: nã ſecuta nõ ſtipulatio appoſita in cõtractib. innominatis facit vt cauſa nõ poſſit intentari cõdictio ob cau. pro repetitione datorũ: ſed agẽdum eſt ad obſeruantiam: ita dixit Bart. clarius quam alibi *in l. 2. C. de condi. ob cau.* de quo arti. *vide per Bart. in l. ſi pecuniam. & melius in l. fin. ff. de condi. ob cauſ.* & iſta perpetuo menti tenebis. Et tenendo il-
lam concluſionem quæ videtur communis in dictis locis quod † 4
verbũ promiſit prolatũ in inſtrumento vel ſcriptura priuata in dubio importet ſtipulationem: prolatum vero à teſte importet pactum nudũ: ratio diuerſitatis eſt ſecundũ Bald. hic, quia notarius nunquã conficit inſtrumentum niſi inter præſentes *vt in auth. de Tabel. §. nos autem*, & cum ex ſcriptura tabellionis præſentia partium comprahẽdatur ſtipulatio præſumitur *leg. 1. C. de contrahen. & comp. ſtipu.* teſtis



Digitized by Google

autem teſtificatur de eo quod ſit inter abſentes quod not. Ideo autem verbum promiſit prolatum à teſte intelligitur nudo pacto, non autem per pollicitationem, quod nudum pactum eſt medium inter ſtipulationem & pollicitationem,& in omnino dubijs media via eligitur, *vt l. antiqui. ff. ſi pars hære. pen. & inſti. de rerum diui. §. placuit.* Alias differentias inter teſtes & ſcripturam *vide not. per Dd. in d. l. prima, C. de vſur.*

# QVÆSTIO V.

## Quid differat pactum à pollicitatione.

### SVMMARIA.

1 *Pactum quid diſcriminis importet à pollicitatione.*
2 *Pollicitatio obligationem in ſe naturalem non continet.*
3 *Pactum in quo à pollicitatione differat.*
4 *Præſentia in actu fauorabili conſenſum & acceptationem inducit.*
5 *Donatio facta pauperibus non valet nemine pro illis recipiente.*
6 *Pollicitatio quando locum habere cenſeatur.*
7 *Promittens priuato pollicitatione ſola non obligatur etiam opere cœpto.*
*Pollicitator qui ſoluendo non reperitur, in quantum teneatur.*
8 *Hæres pollicitatoris in quantum teneatur.*
*Promittens pollicitatione ob honorem non ſuum, an teneatur perinde ac ſi ob ſuum.*

1 QVINTO quæritur *IN † QVO DIFFERT * PACTVM A POLLICITATIONE* Bald. hic dicit, quod pollicitatio eſt ſolius promittentis ſponſio: vnde abſens quis pollicetur non directa ſponſione per nuncium vel epiſtolam: ſed cum dirigitur & acceptatur, quia duorum conſenſus interuenit pactum eſt, *vt l. pactum. ff. de polli.* Item differt quod ex pacto vnicuiq; regulariter obligamur: ex pollicitatione vero non, niſi vel vniuerſitati, vel ciuitati, vel collegio alicui, vel eccleſiæ ſpondeamus, & tunc ſi cum cauſa puta ob honorem vel ſimilem cauſam, ab initio efficaciter aſtringimur, *ff. de polli. leg. 1. §. 1. & d. leg. pact. cum ſim.* quæ verba nota. Subdit idem Bald. *hic in tract. de pact.* quod pactum, ſi non producat obligationem re vel aptitudine nullum eſt, etiam ſi cum eccleſia vel

loco

Digitized by Google

loco venerabili ineatur, *vt not. C. de ſacroſanct. Eccl. l. illud.* In † pollicitatione diuerſum eſt, quia pollicitatio non habet in ſe naturalē obligationem, nam obligatio naturalis ex parte obligati & eius cui obligatio quæritur dicitur habere conſenſum *vt infra eodem. l. 1. & ff. de ſolu. l. Stichum §. naturalis.* qui conſenſus non interuenit vtrinq; in pollicitatione vt dictum eſt: hoc tenet eleganter *Guli. in l. ſi vnus. §. pactus ne peteret, infra eod.* & ſequuntur ibi Bald. & Raph. quod not. vnde *text. in d. l. pactum.* dicit quod eſt quaſi debitum illud quod per pollicitationem promittitur: & ideo licet non oriatur vera naturalis ex pollicitatione, oritur tamen quædam quaſi naturalis, ſed Bald. *in d. §.* pactus ſimpliciter tenet poſt Guli. naturalem non oriri, ſubdit Bald. hic quod quædam ſunt quæ non geruntur niſi ab vna perſona, vt pollicitatio & in iſtis cum de neceſſitate ſit, non interuenire conſenſum aptum ad contractum, quod tunc tranſiret in pactum ab vtraque parte: ſed quando ab altero nulla eſt propria naturalis, ſed eſt quædam quaſi naturalis quæ à lege datur, ciuilis autem vera eſt & natiua intelligit Bald. eo caſu quod ex pollicitatione detur actio. Subdit idem Bald. hic in char. 3. quod † pactum differt à pollicitatione, quod pollicitatio veſtitur implenti, contra ſeipſum fauore voti, & pietatis *vt d. leg. 1. §. cœpiſſe de pollici:* ſed pactum veſtitur implenti non contra eum ſed contra alium *vt C. de pact. leg. petens. cum ſim. hæc Bald.* 3

Nunc vt vtiliter paſci poſſit ingenium tuum ad ſaturitatem ô ſtudioſe, aperiamus hanc rem aliquando vlterius. Ecce tex. *in d. l. pactum.* dicit quod pollicitatio eſt ſolius deferentis promiſſio, ſcilicet alicui facta &c. Opp. quod imo ex illo videatur reſultare pactum & conſequenter in effectu non differunt: nam tacens & patiens videtur conſentire his, quæ ſe præſente aguntur in fauorem ſuum. *l. ſi remunerandi. §. ſi paſſus. & l. qui patitur, ff. mandati:* conſenſus enim tacitus præſumitur, vbi agitur de re concupiſcibili & fauorabili: *vt nota. in regula. qui tacet de Reg. Iur. in ſexto, & habetur per Innocen. in c. in Geneſi de electio. & tenet Bartol. in l. qua dotis, ff. ſoluto matrim. ad idem text. iuncta. gloſ. in l. donationes §. ſpecies. ff. de donat.* vbi donatio facta præſenti & tacenti valet: idem probatur *in d. leg. illud. iuncta gloſ.* & tamen certum eſt quod donatio ad eius validitatem, requirit ſtipulationem vel pactum nudum & conſequenter partium conſenſum, *vt nota. in leg.*



Digitized by Google

*cum pater.§.Mauio.de leg.2.& Inſtitu.de dona.in princ.& per Bart.& Dd.*
4 *in l.iurisgentium.§.ſed cum nulla.infra eod.* Pater * ergo quod præſentia in actu donationis ſeu fauorabili, inducit conſenſum & acceptationem, ergo reſultat pactum, vero videtur quod pollicitatio non differat à pacto. Reſpondeas, quod pollicitatio dicitur ſolius offerentis promiſſio, ſcilicet facta abſenti aut in fauorem abſentis, & ita debet intelligi *d.l.pactum.* ſcilicet quod pactum eſt duorum pluriumue cõſenſus in idem expreſſus vel tacitus modo prædicto, vt colligitur ex verbis *Cy.in l.1.C.eod.* dum ponit de renuntiatione facta præſenti: pollicitatio vero eſt ſolius offerentis promiſſio, facta ſcilicet abſenti: quod ſi facta eſſet præſenti & tacenti non eſſet pollicitatio: ſed pactum reſultans ex communi conſenſu: ita formaliter declarauit hãc difficultatem *Ioan de Imo.in repet.c.cum contingat.de iureiuran.char.9.colum.55.* Idem & melius & accuratius expreſſit. Abb. Sicul.*in repet.c.per tuas.de arbi.char.7.idem colligitur de mente Dd poſt gloſ.ibi in d.leg.illud.& Bald.in l.iurisgentium §.igitur nuda.infra eod.in lectu.noua Papienſi.& in repe.l.2 ff.de iureiur.circa fin.2.quæſt.princ.& in l.ſenium Cod.qui teſt.fa.poſſ.& Ang.in ſua diſputat.incip.fulgenti. vbi diſputat. intellectum gloſ.dicta l.illud,& Ioan.Andr.in addi.Spec.in titu.de inſtru.edi.in tractatu executorum,dum diſputat intellectum gloſ.d.l.illud.* vbi inter cætera eleganter di-
5 cit poſt Guliel.de Cugno.quod † licet ſufficiat ſola voluntas teſtantis vel legantis,& maxime in legatis factis pauperibus: cum in ſupremis iudicijs non referat cum quo quis loquatur.*l.cum pater.§.donationis,ff.de lega.2.* in donatione tamen inter viuos dicit Accur. illam non tenere factam pauperibus niſi ſit qui pro illis recipiat: *vt not.in d.leg.illud.* & tamen illud quod datur pauperibus Deo datur qui eſt vbique præſens.Subdit ibidem Iohan. And.ſecundum Guliel.de Cug.quod quia & ciuitas & pauperes æquiparantur, *vt in d.l.illud.& l.fin.eodem.titu.* & pollicitatio facta ciuitati ſine cauſa non tenet.*vt dicta l.1.de pollicitat.* niſi facere cœpit vel ob cauſam, *vt tenet. vt eodem, titu. leg. ob caſum.* quod ſi donans pauperibus expreſſiſſet cauſam dicendo quod donabat pauperibus illius loci centum, propter magnam penuriam victualium, quæ tunc erat ibi, quod tunc pollicitatio obligabat ex quo facta erat cum cauſa, de qua conſtabat, *vt d l ob caſum,& leg. propter. eodem. titul.* vt ibi latius, *Raph. in leg. iurisgentium. §. quinimo infra. eodem.* dicit quod quando pollicitatio fit ciuitati, & ciuitis

Digitized by Google

ciuitas conſenſit,eſt pactum nudum ex quo non deberet naſci actio
niſi ſpecialitate legis hoc approbantis.Si vero non conſenſit eſt pu-
ra pollicitatio de qua dicendum vt ſuperius.

Volui nouiſſime videre illum tit. de pollicit. qui nullibi per Dd.
eſt bene declaratus,& tandem collegi,quod in illo tit.tria declaran-
tur,primo quando habeat effectum,pollicitatio. Secundo in quan-
tum teneatur pollicitator ſi pauper euaſerit. Tertio in quantum te-
neantur heredes pollicitatoris ſui vel extranei ſi ſoluendo non ap-
pareāt.Circa* primum conclude quod pollicitatio dicitur, quando 6
fit alicui, & illius conſenſus non concurrit acceptans vel quod erat
abſens, vt ſæpius eſt dictum. Idem puto ſi erat præſens, & expreſſit
quod non acceptabat nec recuſabat: & ſic eſt ſolius offerentis ſpon-
ſio *vt d l.pactum.* Item conclude quod pollicitatione non obligetur
niſi quando pollicetur ciuitati,vel vniuerſitati, vel collegio,vel Ec-
cleſiæ vel pauperibus alicuius loci, vt ſupra dicitur, & tunc ita de-
mum obligatur efficaciter & ab initio ſi cum cauſa : puta ob hono-
rem decretum, vel decernendum, vel ſimilem cauſam puta propter
incendium,vel terræ motum,vel aliquam ruinam quę Reipub.con-
tingit:alias ita demum ſi cœperit opus quod facere promiſit, vel ci-
uitas incœperit facere ſub prætextu illius ſponſionis *vt d.l.1.§.1.& §.*
*cœpiſſe,& d.l pactum,* niſi enim cœptum ſit opus nō obligatur quis ex
pollicitatione ſine cauſa,etiam ſi per epiſtolam promiſerit:*vt l.Cha-*
*ridemus,eo.tit.* Illud tamen ſciendum eſt quod ſi quis vt honoribus
fungeretur opus promiſiſſet, honores ſubire cogendum, & opus
promiſſum facere,*l.in priuatis,ff.de pollic.* Quādo* vero alicui priuato 7
quis pollicitatione promiſerit ſiue cum cauſa, ſiue ſine cauſa, non
obligatur etiam opere cœpto, quod lege non cauetur pollicitatio-
nem operari niſi in caſibus prædictis ita intelligo hanc materiam.
Fateor etiam quod ſi quis ex pollicitatione rem tradiderit munici-
pibus & vendicare eam velit repellendus eſt à petitione: æquiſſimū
eſt enim huiuſmodi voluntates in ciuitates collatas pœnitentia non
reuocari. *vt d.l.pactum.§. quinimo.* ſi municipes deſierunt poſſidere,
actio in factum eis competet vel vtilis in rem *d.l pactum in fin.* circa
quod *vide Bart.in l.ſi quis rem eo. tit. notabiliter loquentem in d. l. traditio.*
*C.de pactis.*

Circa ſecundum, videlicet in quantum tenetur pollicitator, ſi

ſoluendo non eſſet? dico quod ex pollicitatione, quam quis fecit ob honorem apud rempub. vel cum cauſa tali quę ipſum obligauerit vt ſupra dixi, ipſe tenetur inſolidum: ſed ipſe donator pauper factus, ex pollicitatione ſine cauſſa facta qua tenetur, operis initio quintam partem patrimonii ſui debet, *l. ex pollicitatione, ff. eo. tit. & ibi not.*

8 Circa tertium* videlicet in quãtum tenentur heredes pollicitatoris? conclude quod pollicitatio facta ob honorem habitũ viuente pollicente æris alieni loco habetur & in heredum perſona non minuitur *vt dict. l. ex pollicit & l. toties in prin. eod. tit.* Si vero ob honorem promiſerit & antequam magiſtratum inierit, deceſſerit, hæres, non tenetur ad aliquid quando opus non erat cœptum illo viuente, *l. ſi quis honorem, & l. qui honoris eo. tit.* ob id vero ꝙ opus promiſſum cœptũ eſt, & pollicitatio extra cauſam honoris facta erat, quo caſu ſolo operis initio erat obligatus, ſi bona liberalitati ſoluendo non ſint, extraneum heredem in quintam partem patrimonii defuncti, liberos in decimam teneri certum eſt, vel opus cœptum perficere, *vt d. l. ex pollici. & l. pen. eod. tit.* ita tandem collegi ex ll. illius tit. & ex gl & di-
9 ctis. Iac. de Aret. & Dyn. *in d. l. toties.* Supereſt † ſcrupulus, quid dicendum quando quis pollicendo promiſerit ob honorem non ſuum, ſed alienum: vt ſit dicendum idem quod quando ob ſuum honorem *Iac. de Aret. in d. l. toties,* dicit quoſdam tenere quod tenetur ita demũ ſi cœperit ſoluere vel facere, *vt l. 1. §. 1. de polli. & l. æſtimatione, & ff. de mune. & hono.* & ita videtur ſentire *in d. l. toties. §. 1.* contra quos dicit videri text. ibi parificatur honor ſuus & alienus: cum Iacob. de Aret. videtur ſentire, quod poſt monitionem parificentur: ſed ante differunt: cogita quod non reperi iſtud poſt eum ab alio examinatũ. Iſta ſit vobis ſummula breuis totius *tit. de pollici.* qui ſolet facere muſſare Dd. & ſcholares, nec alibi ita plene inuenietis.

## QVAESTIO VI.

### Qualiter inter ſe Pacta formaliter diſtinguantur.

SVMMARIA.

1 *Pacta qualiter inter ſe diſtinguantur formaliter.*
*Pactorum multiplex diuiſio.*

*Pacta*

Digitized by Google

2 *Pacta quæ actionem producant & quæ exceptionem.*
3 *Veſtimentum rei interuentus locum habet in innominatis contractibus.*
4 *Pœnitentia non eſt locus in innominatis contractibus.*
*Interuentus rei an ſemper pactum veſtiat.*
5 *Contractus innominati per vt, & per ſi poſſunt fieri.*
6 *Actio præſcriptis verbis quæ ſit, & vnde dicatur.*
7 *Contractus innominatus reſpectiuus non dicitur, datione & facto per modum cauſæ non ſe habentibus.*
8 *Contractus quando ſecundum modum ineundi contractum iudicentur.*
9 *Donatio an ſit contractus innominatus & an in ea locum habeat pœnitentia.*
10 *Contractus innominati an poſſint, per cum, fieri.*
*Contractus innominati an fiant quandoq; per ablatiuos abſolutos.*
11 *Contractus vt ex quatuor innominatis dicatur, quæ neceſſario requirantur.*
12 *Pœnitentia qualiter locum habeat in contractibus innominatis ante implementum.*
13 *Obligatus ob cauſam futuram, pœnitentia ductus tollere poteſt illam cauſam.*
14 *Datio pecuniæ facta alicui, vt eat aliquo, conuentionem quandam præſupponit intellectualiter præcedere.*
15 *Præſentia locum non habet in contractu innominato ad pias cauſas facto.*
16 *Pactum quando contractui cohærere aut ineſſe dicatur.*
17 *Pactum quando cohærentia contractus veſtiri dicatur.*
18 *Pactum vere ineſt contractui, quod factum eſt antequam partes contractum pro abſoluto habuerint.*
19 *Contractus eſt cuiuslibet formæ receptiuus in fieri exiſtens.*
20 *Pactum contractui appoſitum incontinenti, & ipſi dans legem cenſetur ineſſe eidem.*
21 *Pactum contractui nominato & veſtito cohærens, illi legem dare cenſetur & eidem ineſſe.*
22 *Actio oriri dicitur ex pacto, quod contractus incontinenter apponitur.*
23 *Actionem ex contractu oriri vel ex pacto quod contractui ineſt, æquiparantur.*

24. Venditori

24 *Venditori ex empti emptione competit actio ad precium & emptori actio ex vendito ad rem venditam.*

25 *Pactum ex interuallo adiectum contractui, ipſum non informat.*

26 *Actio præſcriptis verbis non datur niſi ex vno ex tribus contractibus innominatis.*

27 *Pactum quod iuxta contractum apponitur quandoq; idem quod contractus continere cenſetur.*

28 *Actionis nouæ partus neceſſario conſequitur antiquæ actionis informationem.*

29 *Dominium legati diuerſo reſpectu penes heredem eſſe cenſetur & penes legatarium.*

30 *Actio vetus ex contractu ſeu ipſe contractus pacto incontinenti appoſito informatur.*

31 *Actio quædam præſcriptis verbis oritur ex pacto incontinenti appoſito velut contractus cohærentia veſtito.*

32 *Actiones plures habere omnium intereſt.*

33 *Contractus duo ſpecie differentes ſimul concurrentes effectuum inducunt pluralitatem.*

34 *Pactum quibus concurrentibus veſtiatur cohærentia contractus.*

35 *Veſtimentum cohærentia contractus in contractibus ſtricti iuris locum non habet.*

36 *Contractus tunc pactum veſtire dicitur, ſi ex eadem cauſa pactum & contractus efficiantur.*

37 *Pactum in contractu re contracto nec informat nec parit.*

38 *Cohærentia contractus nedum vnum pactum, verum etiam omnia pacta incontinenti appoſita informat.*

39 *Pactum nudum iure ſingulari actionem pariens pactum nudum non veſtit illi cohærens.*

40 *Pactum factum ad excipiendum valet quandoq; ad agendum. Veſtimentum rei traditionis non differt à veſtimento interuentus.*

41 *Pactum in traditione vel iuxta traditionem factum tribus concurrentibus actionem producit & ab ea veſtitur.*

42 *Pactum in rei traditione præſumitur factum, quod traditio non ſoleat fieri ſine pacto.*

43 *Veſtimentum rei interuentus & rei traditionis æquipollere dicuntur.*

44 *Donare abſq; traditione non differt ab eo quod eſt promittere.*

*Pactum*

Digitized by Google

45 *Pactum de vendendo differt à venditione, & pactum de dando à donatione.*

*Lex ſi quis argentum C. de donatio, in quibus donationibus locum habeat.*

46 *Donatio præſumpta an veniat ſub l. ſi quis argentum C. de donat.*

*Donatio vera non præſumitur ſi indebitum ſoluatur.*

47 *Præſumptio vna, cum vna ſpecialitate poteſt quandoq; concurrere.*

48 *Donatio remuneratoria an gaudeat priuilegio. l. ſi quis argentum. C. de donat.*

49 *Pacta in rem quæ ſint & quæ in perſonam & qualiter diſcernantur.*

SEXTO quæritur * *QVALITER INTER SE PACTA FORMALITER DISTINGVANTVR?* Di- 1
cit hic Bald. quod inutilia ab vtilibus diſtinguuntur per eſſentiam: nam vtilia pacta habent eſſe, inutilia non, *l. iuriſg. §. pactorum, & l. ſi vnus, §. pacta, infra eod. & l. pacta quæ contra. C. eo.* Item vtilia inter ſe diſtinguuntur eſſentialiter & formaliter accipiendo formam pro eſſentia, quod forma dat eſſe rei: & inquantum conſeruat eſt idem forma quod eſſentia, *l. Iulianus, §. ſed & ſi quis, ff. ad exhiben. & l quæſitum, §. illud. ff. de lega. 3.* vtilium enim pactorum quædam actiones pariunt, quædam exceptiones, quædam ſunt in rem, quædam in perſonam, quædam ad tempus certum vel incertum, quædam perpetua. Actionem † producunt pacta veſtita: exceptionem tantum producunt 2
pacta quæ nuda ſunt, *vt l. iuriſgentium, in princip. & §. ſed cum nulla, cum ſequentib. infra eod. & l. in bonæ fidei. C. eo.* ratio eſt, ſecundum Bald. hic, quia in pactis nudis verſatur factum nudum & ſine ſolennitate iuris: & ideo ius & ciuilis obligatio & actio quæ oriuntur ex cõcurſu ſolennitatum non naſcuntur: naturalis autem obligatio naſcitur & inde exceptio ſola nititur æquitate, *l. qui ætate, ff. de dol. except. & l. Stichum. §. naturalis, ff. de ſolu.* & eſt ratio quia naturalis obligatio pendet à facto & conſenſu, ciuilis autem a iuris ſolennitate, non enim oritur niſi ſolenniter: ergo ceſſante ſolenitate iuris, eiuſdem iuris remedium ceſſat, quæ verba not. Adde quod ciuilis oritur etiã quando lex aſſiſtit & approbat pactum, quod ſubſit cauſa, *d. l. iuriſgentium, §. ſed etſi in alium, & l. legitima, infra eo.* cauſa autem quæ ſubeſt dicitur lex veſtimentalis puta datio vel factum vt not. in dictis iuribus * & hæc 3
appellari ſolet veſtimentum rei interuentu, quod habet locum in

C contra-

Digitized by Google

contractibus innominatis, puta ſi agamus tu & ego nudo pacto de permutando meum. *ff cum tuo, C. ab initio* non naſcitur aliqua obligatio ciuilis, ſed naturalis propter conſenſum, & illi naturali additur ciuilis ſtatim ſecuta cauſa, id eſt, implemento ſecuto, & ſic pactum veſtitur rei interuentu. Iſtud autem veſtimentum producitur tantum implenti, *vt l. 1. ff. de rerũ permuta cum ſi.* Illud circa prædicta perpetuo notabis, ꝗ licet alias oblatio & cõſignatio, ſoleant habere vim traditionis, *vt l. acceptam, C. de vſuris. cum ſi.* & conſequenter ſoleãt liberare deponentẽ. tamẽ in contractib. innominatis ſecus eſt, in quibus requiritur validũ implementũ, propter pœnitentiã quæ cadit in illis qui ſunt debiles in contrahendo: ꝗ ante implementũ actuale & verum aut nulla eſt orta naturalis, *vt quidam ten ent arg. l.* 1. *ff. de rerum permut. ib.* initium oblationis, aut orta eſt, ſed reuocabiliter, quod cadit pœnitentia, *vt l ſi pecuniam, cum ſi ff. de condi. ob cau. ita dicit gl. ordin. in l. iuriſ. §. 1. quam perpetuo not.* intellige tamen ſane dictam glo. quod licet dicta oblatio, depoſitio & conſignatio non ſufficiat in contractibus innominatis ad finem vt poſſim petere rem mihi principaliter promiſſam: tamen ſufficit vt poſſim agere ad pœnam ſecundum Ray. & Paul. de Caſt. *in l. ſi pacto quo pœnam. C. eo. tit.* vbi dicunt eſſe caſum not. per quem dicunt declarari dictam glo. Ex quorum dictis
4 not. quod † in contractibus innominatis non eſt locus pœnitentiæ ad euitationem pœnæ, quãdo ſtetit per illum qui vult pœnitere quo minus ſibi fuerit impletum, quod diligenter nota.

Vtile eſt poſtquam de veſtimento rei interuentus incepimus tractare, vt aliqua pro communi vtilitate ſpeculemur. Quæro igitur nunquid omnis interuentus rei veſtiat pactum: pone promiſiſti decem mihi pacto nudo ſi aſcenderem Capitolium, aſcẽdi, an habeam actionem quaſi illa nuda conuentio ſit veſtita ab interuentu illius facti? *Bal. hic char.* 4. dicit ꝗ non, quia in q. noſtra facti interuentus purificat non veſtit. *vt l. ſi intra infra eo.* vbi dicit eſſe caſum, oportet ergo ꝗ res interueniat cauſa implendi contractum, non cauſa purificandi illum: ſicut enim homo veſtitur veſte, ita contractus veſtitur dũ impletur: aſſumit enim pro veſte id quod proficiſcitur ex parte implentis. Concludit ergo ꝗ in ſolis quatuor cõtractibus innominatis rei interuentus veſtiat pactum: licet in facio vt des quandoq;
5 agatur de dolo, *l. naturalis. §. ſed ſi faciam, ff. de pra. verb.* Scio * inſtabis dicens

Digitized by Google

dicens quod contractus innominati fiunt non ſolum per vt, id eſt, per modum: ſed etiã per ſi, id eſt, per conditionem. *vt not. in l. hoc iure, ff. de donat. & d. l. ſi intra. & l. Labeo ſcribit ſi mihi bibliothecam, ff. de contrahen. empt. & l ſolent. §. fin ff. de praeſcript. verb.* ergo illud implementum in conditione poſitum ſi eſt ſecutum veſtiet tale pactum? Pro ſolutione aduerte, quia aut ex implemento conditionis, alteri parti aliquid adeſt, id eſt aliquid creſcit commodi & tunc eſt contractus innominatus, ita loquitur *glo. in d. l. ſi intra. cum ſim.* aut nihil adeſt, & tunc non eſt contractus innominatus, vt ſingulariter determinat *gl. in l. ſi quis cum debitore pepigerit. ff. de iureiur.* & ita concordant dictae glo. Dd. communiter ibi & in *d. l. ſi intra* vnde ex conſequenti deciditur d. q. quod non ſit contractus innominatus: quia ex illo aſcenſu in Capitolium nihil aderat alteri parti: fateor tamen * quod dicto caſu, & ſimiliter ſi nudo pacto promiſiſſem tibi Stichum ſi manumitteres Pamphilum quod purificando conditionem ages praeſcr. verb. quae dicitur in factum & ideo appellatur praeſcriptis: quia verba praeſcribuntur: id eſt quia contractus non habet nomẽ ſpeciale, & ſimiliter actio non habet nomen ſpeciale: & ideo aſſumit nomen à facto, *vt not. in l. conſenſu. ff. de act. & oblig.* & videtur caſus *in d. l. Labeo ſcribit,* vbi praeſcr. verb. agitur, & tamen nihil adeſt alteri parti. Eſt quaedam praeſcrip. verb. quae eſt idem quod in factum quae datur vbi aequitas ſuadet actionem dari. *l. quoties. ff. de praeſcrip. verb.* Non autem eſt illa praeſcrip. verb. quae oritur ex contractu innominato: ita dicit, *Bar in d. l. ſi quis cum debitore*, quae verba perpetuo not. & iſtud quod voluit dicere, *Bald. hic in tractatu de pactis char. 4.* cum dicit, quod *in d. l. Labeo,* actio non naſcitur ex contractu innominato reſpectiuo: ſed ex pacto abſolute: nam conditio non fuit ibi vere impleta, ſed ficte, & ficta impletio non poteſt facere illam ſpeciem contractus, facio vt des quia non fit aliquid. Item * ibi datio & factum non fuerunt reſpectiua: quod vnum ad alterum & contra non habuerũt ſe per modum cauſae: ergo non poteſt induci contractus innominatus reſpectiuus. Itẽ quia licet ꝑ cõditionẽ fieret cõtractus aliquis ex quatuor contractib. innominatis, illud dicit eſſe verũ in cõditione mere poteſtatiua nõ in cauſali vel mixta, de qua loquitur, *dict. l. Labeo, vt dicit Bal.* qui habuit hanc doctrinam à Bar. ſubtiliter loquente, *in d. l. ſi quis cum debitore,* licet Bar. non alleget. Potes etiam intelligere *d. l. Labeo,*

6 and 7 (margin numbers beside "fateor tamen *" and "Item *" lines)

 aliter

Digitized by Google

aliter vt ſingulariter, *per Bald.in l.interlocutio.C.comminat. & epiſtolas.* vbi omnino vide, & aliquid per *Bal.in d §.quinimo.* In contractibus tamen innominatis,quæ fiunt pure, modaliter,& ob cauſam de futuro,& vltro citroq; tendunt ad obligandum, poteſt quælibet partium præuenire in implendo contractum ex parte ſua: *vt l. naturalis.de præſcr. verb.*ſed quando fiunt per ſi,de neceſſitate expedit,quod ille præueniat ex parte cuius in modum cōditionis eſt obligatio collata:nam ſi alius præueniret,actionem non haberet, vt aduerſarius cogeretur implere,quod illud quod venit in cōditione nullo modo eſt in obligatione,*l.ſi quis ſub conditione,ff ſi quis omiſ.cauſ teſt. ſecundum Bar.in d.l.ſi quis cum debitore.* Vnde reſultat aliud bene not. poſitum
8 *in glo d. l.* quod † licet contractus innominati iudicentur ſecundum modum ineundi contractum,*l. cum mota. C. de tranſact. & l.ex placito. C.de rerum permut.* & vtrobiq; not.tamen illud verum quando fiunt per vt,& modaliter:ſed ſi fiunt per ſi,tunc non attenditur quid præcedat in ordine verborum conuentionis,quod ſemper videtur actū vt præueniat ille qui debet implere conditionem,quod tene menti. Iterum fortè inſtabis dicens:tu dixiſti quod in caſibus præmiſſis eſt pactum nudum conditionale non contractus innominatus:contra quod etiam pactum nudum per ſe conſideratum, eſt contractus innominatus ſiue ſit purum,ſiue ſit conditionale, *vt dicit glo.ord.in l.1. ff.de actio & oblig.in fin. mag. glo.* ergo diſputatio præcedens de nihilo ſeruit? Reſpondeo, quod licet ſit contractus innominatus eo quia vocatur contractus pacti & non habet nomen ſpeciale: non tamen eſt de illis quatuor contractibus innominatis,de quibus ſupra *in d.l. naturalis*,in quibus quatuor habet locum pœnitentia re integra, *vt d.l.ſi pecunia,cum ſimi.* At in pacto nudo licet ſit contractus innominatus non cadit pœnitentia, nec poteſt ille qui pacto nudo aliquid promiſit,per pœnitentiam ſe liberare,ab obligatione naturali, qua tenetur illi cui promiſit,*vt probatur in toto tit. de pact.ff. & C.* tūc enim in contractu innominato cadit pœnitentia quando celebratus eſt gratia pœnitentis, vel gratia pœnitentis & alterius : ſecus ſi gratia alterius tantum, *vt l quis Romæ, §. Flauius ff. de verbor. obligat. & l.3.ff. de ſeruit.expor. & ibi. nota. ita eleganter dicit Bald.in dict. leg. iuriſgent. in princip. in quarta columna in lectu. noua Papienſi*, quod multum valet
9 pro tenentibus * quod donatio olim erat innominatus contractus:
nam

nam illi poſitioni non obſtat argum. à pleriſq; factum, dicentibus: ſi erat innominatus olim, ergo olim, in donatione habuiſſet locum pœnitentia: quod eſt falſum & contra. *l. Ariſtot. ff. de donatio.* nam poteſt reſponderi, quod imo poſito quod fuiſſet innominatus, tamen pœnitentia locum non haberet: quia facta eſt donatio gratia donatarij tantum, & ita formaliter dicit Bald. in loco prælleg. quæ verba ſingulariter not. & omnino videbis Bald. *in repet. l. 2. ff. de iureiur. colum.* 12. & in iſtis vt dicit Bald. prælleg. loco errauit Bart. cum multis alijs *in leg. in ædibus. §. 1. ff. de donatio. & in leg. iuriſgent. in princip.* vbi dicebat quod poſito quod donatio olim fuiſſet contractus innominatus, habuiſſet locum pœnitentia, ſi enim fuiſſet hoc verum etiã in pacto nudo haberet locum pœnitentia, quod dicere ridiculum eſſet iudicio meo, ſi intelligo hanc materiam. Notabis igitur hæc omnia, quod executient multas dubitationes, quæ ſolent facere ſcholares ſubtilizantes anxios.

Applicatur prædictis alia quæſtio, nunquid † contractus innominati fiant per cum: ſicut aliquando fiunt per ſi. vt ſi dicam, faciam cum dabis, vel dabo cum facies? *Bald. hic char.* 4. dicit quod ſic, quia inter ſi, & cum, non eſt differentia: niſi quia ſi ex eo quod reſpicit actum promittendi denotat conditionem principaliter: ſed cum, quia reſpicit actum exequendi denotat conditionem propter tempus incertum, *l. ſi Titio, ff. quando di. leg. ced.* 10

Item quæro nunquid per ablatiuum abſolutum fiat contractus innominatus, ſcilicet vnus ex quatuor puta quod dictum eſt ſic, te dante mihi equum dabo tibi librum? *Bald. hic in char.* 4. dicit quod quia perueniendo in donatione libri non aſtringo te mihi *l. à teſtatore, ff. de condit. & demon.* conſtat idem contingere quod ſupra eſt dictum, quando per conditionem: non obſtat *l. fidei com. §. cum eſſet. de lega. 3.* quia ibi per ablatiuum non denotatur conditio vt ibi videri poteſt. Ecce ſi dixiſſem hoc modo: exactis à te centum dabo tibi librum, per illum ablatiuum ſignificatur exactio & commodi repræſentatio, non aliqua ſuſpenſio, ergo non denotatur conditio *l. illa inſtitutio, ff. de hered. inſtitut. & l. cum ab eo. ff. de contrahen. emptio.* Nunquid ergo in prædicto exemplo denotatur contractus innominatus reſpectiuus? dicit quod non: quod natura horum eſt vt agens præueniat in implendo, *l. ex placito. C. de rerum permu.* at iſta conuentio ordi-



Digitized by Google

natur vt præueniatur in exigendo: *ergo & c. arg. l. vbi ita donatur. ff. de donatio. cau. mort.* huic conſequens eſt ſecundum Bald. quod ſi tale pactum fuit nudum quod impletio ex parte mea non veſtiat illud: quia aliter ordinatur quam vt veſtiat, tandem dicit ſe dubitare: ego putarem quod nihil veſtiretur ſi nihil adeſt vltra id quod debebat, etiam quo ad commodum interuſurij medij temporis, *vt d. leg. ſi intra. infra, eodem.*

11 Pro notitia vberiore contractuum innominatorum ſcias quod † ad hoc vt dicatur vnus ex quatuor contractibus innominatis oportet quod ſtatim agatur vt detur, vel fiat vtrinq;: ſecus ſi ex interuallo, puta cum poſſideres fundum conuenit inter me & te, vt alij dares, certe tunc non reſultat contractus innominatus *vt not. per gloſſ. & Bart. in l. ſi cum fundum infra eodem.* Declaro clarius quod tunc initur contractus innominatus, vt do des, vel vt do facias vel ſimilis quando hæc duo ſimul iunguntur: ſed quando inter hæc duo eſt interuallum, non initur aliquis dictorum contractuũ, *vt d. l. ſi cum fundum.* quod manifeſte patet in d. exemplo. ecce cum poſſideres rem meam, pactus ſum tecum vt tradas alteri: nam quod non trado, vt tradas, ſed iam diu ex interuallo tradidi, hoc interuallum impedit iſtum contractum, & ideo ſtamus in finibus pacti liberatori aut cuiuſdam mãdati, ſicut alias interuallum vitiat contractum nominatum *vt l. 1. & l. continuus, ff. de verb. oblig. ſecundum Ang. & Moder. in d. l. ſi cum fundum. circa quæ vide ſingula. limitationem Bart. in l. licitatio. ff. de publ.* ſcilicet vt interuallum non vitiet, quando contrahimus cum perſona incerta vt ibi per eum omnino videas.

12 Cæterum † ſi quis veſtrum adhuc inſtiterit dicens, quomodo eſt quod in contractibus innominatis habeat, locum pœnitentia ante implementum attento, quod naturalis ſtatim fuit orta: *vt d. l. ſi pecuniam. & d. l. iuriſgent. §. 1.* Reſpondeo, & tene menti hanc rationem: ſcilicet quod illud quod ſoluit pœnitere volens, non fuit vnquam debitum naturaliter ſimpliciter, ſed ob cauſſam: ecce ſi debebam cẽtum promiſſa vt ires Capuam, & dederim illa centum illud tum ire Capuam, nullo iure ſui obligatus recipere, *vt l. ſi pecuniam. ff. ſi cert. pet.* ſi ergo ex pœnitentia tollitur ne eas Capuam, vel ne impleas contractum ex parte tua, tollitur illa obligatio naturalis, qua tenebar tibi ſoluere, & ſic apparet omnino ſolutum indebitũ. Illud ergo quod

dici

Digitized by Google

dici ſolet, quod ille qui dedit poteſt pœnitere, non intelligas quod poſſit pœnitere eius quod dedit principaliter, quod cum ad id eſſet naturaliter obligatus, non poſſet pœnitere: ſed intelligas quod pœniteat eum, de eo quod per aduerſam partem eſt faciendum. Ita ſubtiliter hanc difficultatem ſoluit *Bart. in d. l. ſi pecuniam, in 3. col. qua verba not. diligenter.* Voluit † enim in effectu quod quando aliquis eſt obligatus ob aliquam cauſam futuram, vt regulariter eſt contractibus innominatis, per pœnitentiam tollatur illa cauſa, & ſic illud ſolutum remanet ſine cauſa: quod cauſa redacta eſt ad non cauſam: & ideo eſt repetitioni locus, vel dicas quod illa naturalis eſt quædam naturalis debilis, vt ſuperius dicebatur. 13

Nolo etiam vos lateat quoddam ſubtile & ingenioſum motiuum do. Raph in iſta materia, qui dixit *in dicta. l. ſi pecuniam*, quod ipſe non videt quomodo naturaliter obligatus ex pacto nudo in contractibus innominatis poſſit pœnitere: propterea imaginatus eſt dici poſſe, quod quando præcedit conuentio de dando decem. vt Capuam eatur, quod tunc non eſſet locus pœnitentiæ propter naturalem ortam ex pacto, & quod nulla l. loquitur in iſtis terminis permittens pœnitentiam: Si autem inchoatum eſt à facto vel donatione non à pacto *vt in d. l. ſi pecuniam, & alijs*, tunc ſit locus pœnitentiæ, quod qui dat pecuniam, hic non erat obligatus naturaliter ad eam dandam: cum nullum præceſſerit pactum prius factum, & ideo poteſt pœnitere, vt dicunt iura. Ita ſubtiliter declarabit hanc dubitationem præfatus Doctor. Dominus & præceptor meus *in d. l. ſi pecuniam*, dicit quod licet tale motiuum ſit ſubtile & coloratum, tamen nullo pacto eſt tenendum, quia ſubuerterentur infinita iura loquentia de materia contractuum innominatorum. Præterea † cum do 14
pecuniam, vt vadas Capuam, illa datio videtur præſupponere conuentionem quandam intellectualiter præcedere, & ideo inter illos caſus non ſit differentia, ita nititur declarare. Similiter Paulus de Caſtr. ibidem approbat motiuum Fulgo. in eo tantum, qui eſſet obligatus ſimpliciter & naturaliter, puta pacto nudo, vt ſupra etiam tenui, dicens, quod ridiculum eſſet admittere pœnitentiam in pacto nudo, ſimplici abſoluto, & non reciproco: at in eo qui eſſet obligatus ob aliquam futuram cauſam, idem ſentit quod Bart. & ita eſt tenendum, vt communiter omnes tenent quod in contractibus

tractibus innominatis reciprocis & reſpectiuis, ſiue inceperint à facto ex altera parte, quæ voluit pœnitere, ſiue à pacto, ſemper ſit locus pœnitentiæ, etiam inuito eo cui dedit ſeu fecit, non obſtante quod paratus eſſet adimplere, *vt not. in d. l. iurisgen. & ſupra fuit dictum, not. gloſ. ordina.* ibi quam etiam eleganter limitabis, *vt per Dd. in d. l. ſi fundum.* Fortaſſe iterum inſtabis dicens, quod illud quod ſupra eſt firmatum, locum non habet, dum dixi quod non ſit locus pœnitentiæ etiam re integra ſi recipiens paratus ſit implere, quando contractus eſt factus gratia recipientis tantum, *vt ſupra dicebat Bal.* dixi enim quod contra hanc concluſionem videtur obſtare. *l. ſi ego, §. 1. ff. de iure. do. & l. ſi quis pro redemptione. C. de dona. per quæ iura Bald. in l. ſicut. C. de acti. & oblig. & in l. mandatum. C. manda. & in c. 1. qui ſucceſſores teneantur*

15 *in vſib. feud.* dixit: quod † in contractu innominato qui fieret ad pias cauſas, non habet locum pœnitentia & tamen videbatur, quod gratia recipientis tantum initi eſſent: ſi ergo fauore piæ cauſæ ex ſpeciali iure negatur pœnitentia in illis, ergo in contrarium eſt ius commune. *l. ius ſingulare. ff. de legib.* Pro ſolutione & intellectu illorum iurium, *vide Moder. in l. 3. §. 1. & in d. l. ſi pecuniam. & in l. quod ſerui. ff. de condict. ob cauſ.* & ibi dixi, & tandem non recedo ab eo, quæ ſupra dixi allegando Bal. *in d. l. iurisgen. §. ſed cum nulla.*

Sequendo ordinem *Bald. hic in ſuo tract. de pact.* videamus vtrum ſit dare veſtimentum cohærentiæ contractus & quando locum habeat: hic articulus eſt terribilis iudicio omnium, ſed non diffidatis, quia cum auxilio Dei huius puncti veritatem attingetis: pro cuius euidentia videamus in primis, quando pactum dicatur cohærere contractui & illi ineſſe. Iacob. de Rauen. Petrus & reliqui Vltramontani

16 dicunt quod † tunc dicitur factũ incontinenti & cohærere & ineſſe, quando pactum fit antequam contractus abſoluatur à partibus, & ſic quando pacta omnia clauduntur eadem concluſione contractus, *vt l. contractus. C. de fide inſtrumen.* gloſ. vbiq; tenuit quod tunc dicitur factum incontinenti & cohærere, quando factum eſt antequam partes diuerterint ad extraneos actus. Opinio Vltramon. placuit Bart. *infra eod. l. iurisgentium. §. quinimo, & in l. lecta ff. ſi cert. petat. in l. petens. C. de pact. & l. ex placito. C. de rer. permu.* nec tamen diſplicuit ſibi opin. gl. quæ voluit quod ſiue in ingreſſu contractus, ſiue in ipſo contractu, ſiue in ingreſſu ſtatim poſt ſit factum pactum, ſemper dicatur incontinenti

Digitized by Google

tinenti factum: *allegat. text. in l. 3. C. de ædil. actio.* quem dicit non vidiſſe alibi: ſed certe idem iudicio meo probatur *in d. § quinimo.* ibi: ſubſecuta ſunt & ibi: ingreſſu: alias pro clariori concordia opinio. dixi ſecundum Cyn. Saly & Rapha. *in d. l. lecta. & in d. l. petens.* quod opin. Vltramon. procedit indubitanter, & eſt certus caſus, ſcilicet quando pactum eſt interpoſitum ante principalem contractum habitum pro abſoluto: tunc enim potius dicitur pactum cohærere negotio principali, quod principaliter agitur, quam cohærere contractui: licet dicatur & cohærere contractui, quo ad hoc: quia dum abſoluitur, oportet quod primo aut poſt principalem contractum abſoluatur. Cohæret ergo contractui reſpectu temporis quo abſoluitur: pro hoc do tibi tex. *no. in l. quid ergo. §. quod ait. ff. de infami.* & hoc caſu potius dicitur veſtiri vicinitate rei geſtæ, quando interim dum principalis contractus fit pactum apponitur quam cohærentia contractus, quia † proprie cohærentia contractus dicitur veſtiri, quando contractus principaliter nondum eſt habitus pro abſoluto, ſed eſt in fieri & contractus eſt partim præcedens & partim ſequens: opinio vero gloſ. locum habet in caſu dubio, videlicet quando non apparet an contractus ſit habitus pro abſoluto vel ne, vt cenſeatur incontinenti & ineſſe quando ſtatim poſt contractum eſt factum: quoniam vicinitas actus facit reputari totum eſſe vnum contractum, vnde ineſſe dicitur tale pactum, *vt d. §. quinimo. & d. l. lecta. §. dicebam.* idem ſi ante contractum celebratum, vel celebrari inchoatum incõtinenti, *vt probat text. in d. §. quinimo. ibi in ingreſſu.* Pone enim quod partibus diſpoſitis ad contrahendum, puta ad vendendum, & emendum, ante omnia pactum aliquod ſit, deinde immediate fit contractus principalis, dicemus ineſſe & cohærere contractui immediate poſt geſto. Similiter pone quod ego vendidi tibi rem pro centum, & rogatus eſt Notarius, & immediate tu dicis: item promitto pro te ire Romam, certe iſtud pactum dicitur incontinenti factum & ineſſe, licet contractus præcedẽs eſſet iam habitus pro abſoluto: tamen quia p̃ iſtud pactum adiacens primo contractui ſuppleri videtur quodammodo illud quod defecerat in contractu ſecundum mentem contrahentium: dicitur iſtud pactum ineſſe, & informare & legẽ contractui dare: quaſi reputetur quædam clauſula præcedentis cõtractus: & iſtud voluit Iuriſconſ. *in d. l. lecta ibi:* ineſſe creduntur. In effectu dico quod †

17 18

D quando

quando pactum eſt factum antequam partes habuerint contractum pro abſoluto, tunc illud pactū vere ineſt & intrinſeca pars contractus eſt, cohærens potius rei principaliter geſtæ, quam contractui. Quando vero poſt contractum habitum pro abſoluto, incontinenti tamē, antequam ad extraneos actus diuertatur tunc cenſetur ineſſe *vt d. l. lecta cum ſimi.* idem ſi ante contractum inchoatum immediate: *vt d. §. quinimo. ibi ingreſſu, & d. l. 3. C. de adil. act.* ita colligi eſſe de mente præfatorum Doc. *& Bald. in d. l. petens. & in d. §. quinimo. & hic.* Ex prædictis ſequitur, quod quando conſtaret partes habuiſſe contractum omnino pro abſoluto tunc pactum ſequens licet immediate non cenſeretur ineſſe: quod ille contractus iam acquiſiuit formam præciſam & abſolutos & certos fines: vnde alia forma inprimi non poteſt. *l. perfecta. C. de dona.* quæ ſub modo. quando vero conſtat, quod partes nondum habuerunt pro abſoluto contractum, vel ſumus in dubio: vt quia incontinenti ſecutum eſt pactum naturam contractus attingens, & contractui conueniens: tunc inſit aut cenſeatur ineſſe: quia † 19 dum contractui eſt in fieri tunc habet aptitudinem recipiendi quālibet formam: ſimiliter quando nondum eſt inchoatus, ſed inchoandus ſtatim, tale pactum cenſetur pars intrinſeca, & formalis contractus *l. tenetur. §. 1. & l. ſterilis. §. ſi ubi, ff. de actio. empt.* & ideo tale pactum ineſſe dicitur, & legem contractui dare quando fit incontinenti ante vel poſt: quia pactū & contractus conſiderantur velut quoddam integratum ex vtroq;: quando vero pactum factum eſt ex interuallo, ante contractum vel poſt, non poteſt illud pactum dici ineſſe contractui in dubio: quod contractus habet ſuam formam præciſam, limitatam, & perfectam, & quod perfectum eſt non recipit nouam formam. *vt d. l. perfecta.* quæ verba tene menti perpetuo: quia non ſunt & ſubtilia & vtiliſſima in materia pactorum, nec reperies alibi iſta fundamenta clarius,

Iſtis præmiſſis, ſi quæratur à te, vtrum ſit dare veſtimentum cohærentiæ contractus, vt facilius intelligas punctum quæſtionis, ante omnia habeas aliqua pro claris & expeditis: & primo quod aliud eſt quærere, vtrum pactum ſui forma nudum cohærens contractui nominato ſeu veſtito informet principalem contractum & influat in contractum, ita vt vniatur pactum ipſi contractui, & actio ex contractu oriens, detur etiam ad contenta in pacto: & hoc expreſſe dicitur

*in d. §.*

Digitized by Google

*in d.§.quinimo. & in l.bonæ fidei. C. eod.cum ſimil.* ſcilicet quod quando † 20 incontinenti appoſitum,& legem contractui dat,tunc ineſt contractui,&informat actionē ex eo,ſeu contractum prædictum: & aliud eſt quærere vtrum dictum pactū de ſe & forma ſui nudum,actionē non pariens,ſi ſit appoſitum iuxta contractum nominatum ſeu veſtitum,actionem parientem,deſinat eſſe nudum, & veſtiatur veſtimento illius contractus cui cohæret,& conſequenter vtrum pactum nudum appoſitum iuxta contractum veſtitum,veſtiatur veſtimento cohærentis contractus,& ex conſequenti contractus eius virtute genitiua actionis influat in pactum:ita vt pactum ex ſe actionem pariat,& ex conſequenti vnam actionem habeamus ex contractu informatam à pacto, & aliam immediate orientem ex pacto fœcundato proximitate illius contractus: controuerſia fuit magna apud veteres,quæ adhuc apud Modernos durat. Vt autem diſputatio ſit probabilior accipe exemplum naturale, ſi ſigillum imprimatur ferro candenti, informat illud ferrū candens,ita vt forma ſigilli impreſſa remaneat in illo ferro, recipit etiam illud ſigillū calorem ab illo ferro candente:eſt ne illud idem in quæſtione propoſita, vt ſicut pactū influit contractui veſtito informando illum, ita contractus veſtitus influat pacto illud calefaciendo & fœcundando:& etiam illud pactū actionem ex ſe pariat præſcriptis verbis. Iac de Rauen.Pe.& alij Vltramon.viri illuſtres in hac materia pactorum habuerunt phantaſiam ſpeculatiuam & mirabilem: voluerūt enim quod ſi † pactum co- 21 hæret contractui,nominato & veſtito,planum eſſet, quod illud pactum dat legem contractui,& videatur pars illius contractus & inſit: ita vt informet illum contractum obligationem,& actionem,quæ ex illo contractu oriebatur,ſi eſt apta informari:adeo ꝙ quemadmodū, ſi ab initio illud,ꝙ in pacto continetur fuiſſet deductum in contractu,actio ex illo contractu,competijſſet ad omnia in contractu contenta:ita ſi ab initio nō fuit deductū in contractu: ſed in pacto appoſito incontinenti iuxta contractum,iſtud pactū informet id eſt ampliet & dilatet illū contractum. & cenſeatur ineſſe,& actio illa ex cōtractu detur etiam ad contenta in pacto,& hoc dicunt voluiſſe Iuriſ. *in d.§.quinimo.& Imper.in d.l.in bonæ fidei.C.eo.* & conſequenter ſecundum eos tota illa conuentio contractus & pacti ſimul integrati cenſura iuris poteſt dici cōuētio nominata ſeu veſtita.quaſi vno cōtextu

cenſeatur facta,& merito Iuriſconſul.*in d.§.quinimo.& in d.l. bonæ fidei* dicunt, quod ex dicto pacto incontinenti appoſito oritur actio: quia volunt dicere, quod actio oritur ex contractu toto,in quo includitur etiam pactum illud virtualiter. Demonſtratur ipſorum intentio ſubtiliter,nam actionem naſci ex pacto,& actionem naſci ex contractu ſunt æquipollentia,*vt d.l.iuri gentium.ver.ſed ſi in alium*, vbi dicitur ex conuentione naſci obligationem. & in verſi. ſi ob maleficium à contrario ſenſu. & in verſi igitur nuda pactio. vbi dicitur naſci ex pacto,paulo ſupra dicitur naſci ex contractu:& ſic Iuriſconſul. vtitur promiſcue hoc modo loquendi,oritur actio ex contractu ad omnia contenta in contractu,id eſt,ad omnia quæ placuerint cõtrahentibus, vel ad omnia pacta poſita in contractu: & oritur actio ex pacto appoſito in contractu,vel iuxta contractum. Clarius demonſtraui alias *in d.l.in bonæ fidei, hoc modo.* Pone vendidi tibi librum valentem 40. pro 25. & pacto promiſiſti ire pro me Romam, hic vt ita dixerim,ſunt tres conuentiones ſeu tria capitula conuentionis: prima quod dem tibi librum ex hac non oritur mihi actio quod vadas Romam: ſecunda conuentio vt des mihi 25. & hac etiam non competit mihi actio vt vadas Romam: ſed oritur ex tertia conuentione per quam promiſiſti ire Romam,& ſic iſta actio quæ mihi competit, eſt actio ex empto informata: competit igitur mihi actio ex empto vt vadas Romam: & oriri debet ex illo vltimo pacto quo dictum eſt de hoc,& tamen hæc actio dicitur ex toto contractu: vnde † actionẽ oriri ex contractu, vel oriri ex pacto, quod ineſt aut ineſſe cenſetur
23 contractui, æquipollent, ſecundum mentem Vltramont. qui hoc habent pro expedito,quod pactum incontinenti appoſitum, iuxta contractum nominatum ſeu veſtitum informet,id eſt,inducat obligationem, & conſequenter actionem in illo pluri quod continetur in pacto & ſic actio ex contractu oriens detur etiam ad contenta in pacto,& dicatur oriri ex contractu: id eſt, ex illo pacto quod eſt pars ipſius contractus,hoc dicunt voluiſſe tex.ibi ex pacto actio naſcitur, *in d.l.in bonæ fidei*,& hoc dicunt voluiſſe Iuriſconſult. integraliter *in d. §.quinimo.* vbi dicitur de actione informata:& nunquã ſecundum eos. ibi,vel alibi expreſſe dicitur, quod vltra actionem ex contractu informatam à pacto detur actio, quæ oriatur ex illo pacto, tanquam veſtito cohærentiã. Et ſi inſtares quia à contrario ſenſu illud innuit.

*§.quinimo*

Digitized by Google

*§.quinimo.* dum ſæpius iuriſconſultus ibi dicit quod ex interuallo ibi non informat, ne ex pacto actio detur: quaſi iuriſconſultus innuere voluerit, quod incontinēti appoſitum informat actionem ex contractu, & ipſum pactum ex ſe tanquam veſtitum illa cohærentia aliam actionem pariat: reſpondetur ex mente Vltramontan. quod imo Iuriſconſulti intentio fuit alia, ſcilicet quod ex interuallo non informat, ne etiam detur actio ex pacto: ſi enim informaret, tunc actio ex illo contractu naſceretur ex illa particula contractus quæ fuit pactum: & ſic illa verba ne ex pacto actio detur, volunt hoc, ne ex contractu informato actio detur, quę quodammodo dicitur oriri ex pacto: iſta fuit mens Vltramon. Dd. implicite & obſcure communiter relata. Declaro * clarius: ſi vendo tibi fundum pretio centum, ex mea venditione tibi datur actio ex vendito ad fundum, & ex tua emptione mihi datur actio ad pretium: & tamē quælibet oritur ex contractu eodem: ergo ſi adiicitur pactum quod tu vadas pro me Romam, ex illo pacto naſcitur mihi actio, id eſt, ex illa particula pacti, ſed actionem ex contractu ad illud, de quo etiam in pacto, &c. 24

Demonſtro palpabilius, ſi inter me & te fiat contractus nominatus continens 20. capitula, quorum 10. ego promitto obſeruare tibi, & 10. promittis tu obſeruare mihi congrue, ſi vellem agere ad obſeruantiam vnius ex illis capitulis mihi per te promiſſis, dicam me actionem habere ex illo contractu: item & congrue dicerem me actionem habere ex illo capitulo cōtractus, cuius obſeruantiā peto: illa ergo conſequentia quam facit Iuriſconſul. *in d. §. quinimo,* ſcilicet informat: ergo ex pacto actio datur intelligere ſecundum Vltram. hoc modo, informat contractum, ergo ex pacto actio detur, id eſt, ex contractu continente pactum, ſeu ex pacto contento in contractu actio datur, ſcilicet in contractu informato: de qua actione informata ibi tractatur: ſi enim Iuriſconſul. voluiſſet ibi dicere, quod ex pacto incontinenti oriatur actio ſpecialis vltra illam ex cōtractu naſcentem, quæ eſt informata, expreſſiſſet & exprimere debuiſſet aperte: cum iſtud videretur ſpeciali expreſſione dignum, cum igitur non expreſſerit: ergo cenſendum quod noluerit.

Declaro vlterius vltra doc. longe clarius mentem Iuriſconſul. *in d. §. quinimo.* ſcilicet * quod ex interuallo pacta non inſunt ad informandum, id eſt non incorporantur, quia non poſſunt integrari cum 25

contractu antea ex interuallo perfecto, *vt dict.l.perfecta.C.de donatio.* quæ ſub modo, ſubdit textus, nec valent ad agendum, quando ex interuallo, nc ex pacto actio detur: id eſt ne dicamus vnum abſurdum: ſcilicet quod ex pacto nudo quod ſeorſim conſideratur abſq; veſtimento aliquo actio detur: & iſta profecto fuit mens illius tex. dum dicit nec valent ad agendum, &c. quem à nemine reperietis ita declaratum, & aperit illud verbum id in quo ſtat tota vis & fundamentum Citramon. Non inſubtiliter ergo dicti Vltramon. dixerũt nullibi probari, *per d.§.quinimo, & d.l.in bonafidei*, aut ſimilia iura quod detur veſtimentum cohærentiæ contractus diſtinctum & ſeparatum ab aliis veſtimentis: & conſequenter ipſi negant, ex pacto illo tanquam veſtito cohærentia oriri ſpecialem actionem præſcriptis verbis: fatentur tamen ipſi Vltramon. quod quando facta relatione ex
26 contractu præcedenti, ad pactum immediate ſequens poſſet reſultare aliquis contractus innominatus, ex illis tribus in quibus datur præſcriptis verbis, tunc ſemper oriretur noua præſcrip. verb. tanquam ex contractu innominato reſultante ex relatione prædicta: niſi quando contractus eſt pro vno, vel pro vtroque, & pactum pro altero, non autem quando pactũ eſſet pro eodem pro quo eſt contractus: quod tunc ceſſaret correlatio & reciprocatio: habent enim hoc pro conſtanti, nunquam dari actionem præſcrip. verb. niſi ex altero ex tribus contractibus innominatis, de quibus in d.l.naturalis, de præſcrip. verb. & illam præſcrip. verb. dicunt oriri ex diuerſo fonte, à fonte vnde oritur actio ordinaria oriens ex contractu: nam ex contractu ipſo qui eſt nominatus oritur actio nominata. Ex conſideratione vero prædicta relationis pacti ad contractum, & contractus ad pactum, vnde cauſatur vna ex tribus ſpeciebus contractuum innominatorum, in quibus datur præſcrip. verbor. oritur, præſcrip. verb. & ſic oritur ex diuerſo fonte, vnde non obligat. *l.quoties, ff.de præſcript. verbor.* Vbi ergo facta relatione prædicta contractus ad pactum non reſultant reciprocatio prædicta cauſans vnum ex illis ſpeciebus, contractuum innominatorum, dicunt ex pacto illo licet incontinenti appoſito actionem præſcript.verb.aut aliam non oriri, quod veſtimentum cohærentiæ non inuenitur: ſed dicunt tantum per pactum contractum, id eſt obligationem informari, quæ dicitur oriri quodammodo ex pacto: quod pactum eſt
materia

materia contractus, ex qua oritur actio ex contractu ad id quod in pacto deuenit, & hoc dicunt tam in contractibus bonæ fidei, quam ſtricti iuris, nec obſtat eis *l. lecta. §. dicebam ff. ſi cer. peta.* nam intellectus illius l. ſecundum Raph. & Paul. de Caſtr. *ibi & in d. §. quinimo*, eſt alius quam Dd. communiter dicunt: dicunt enim præfati Dd. quod interdum * pactum iuxta contractum appoſitum continet illud idem quod contractus, in alia tamen forma: vt quod primo fuit ſtipulatus pure, poſtea per pactum agitur, quod debeatur in diem vel ſub conditione, & iſte eſt caſus *ſecundum præfat. Dd. in l. lecta.* vbi pactum non informat contractum, ſed informat, quod primam perimit & nouam apponit. Interdum pactum continet aliud diuerſum, & tunc informare non eſt perimere, ſed ei addere: vt actio ex eo cõtractu non ſolum detur, ad id quod venit in contractu, ſed etiam ad id quod continetur in pacto. *Text. ergo in d. l. lecta.* ſecundum præfatos Doctores non probat illud ad quod allegatur: ſcilicet quod nouam actionem pariat ibi pactum & veterem informet, ſed potius vt veterem reformet: id eſt nouam formam det ſtipulationi præcedenti, cum pactum ſit ſuper eodem, & ſit ibi pro reo non pro actore, & ſit ſit ibi ad finem excipiendi: vnde nec nouam parit, nec veterem informat: ſed ſtipulationem primam reformat, à qua ipſo iure videtur receſſum propter pactum illud quod cenſetur ineſſe, vt latius ibi per eos: quod motiuum ad illum text. ſumme placet & domino meo ibi. 27

Hæc ſufficiant pro declaratione ſpecifica mentis Vltramontanorum in hoc articulo terribili: quorum reſponſiones *ad l. 2. C. de pact. inter empt. & vend.* & ſimiles videre poteſtis, *in l. in bonæ fidei, & d. l. petens*, per Cyn. & contrariam partem quam tenuit, *glo. in d. §. quinimo, & d. l. petens, & in d. l. ex placito*, & vbique ſcilicet quod * ad informationem antiquæ actionis, partus nouæ actionis ſit neceſſario conſecutiuus, & *in d. §. quinimo*, & quod iſta procedant à pari & concurrant: ſcilicet quod quando vetus actio vel obligatio informatur in formatione extenſiua, vt detur ad contenta in pacto, eodem caſu, tale pactum, etiam veſtiatur cohærentia contractus & actionem pariat, cum informare veterẽ obligationem ſeu actionem & nouam parere ſint conuertibilia, ſecundum Dd. qui tenent hanc partem: quam tenent communiter Dd. Citramon. & nominatim 28

Iacob.

Digitized by Google

Iacob.But.Bart.Bald.Ang. Salyc.& tandem D. Raph.inducit text.*in d.§.quinimo,& in d.l.in bonafidei.Item text.in l.etiam.ff.de vſur.& in l.frumenti.C.eo.tit.*in quibus pactum veſtitur cohærentia cōtractus: & tamen non reſultat correlatio.*Item tex.in l.fundi partem,& l. Labeo ſcribit,ff.de contrahen.empt.& in l.ſi conuenerit,ff. de peri. & commo.rei vendi. & l.ſi ſterilis,§.ſi tibi,& l.tenetur.ff.de actio.empt.& l. vnica §. accidit. C. de rei vxo.actio. & l.ex more. C. de pac.conuen.* quas leges ad hoc allegant Bart.Bald.Richard.de Sal.quam partem ſemper tenui&tenebo,pro reuerentia illorum qui illam tenet, qui fuerunt luminaria iuris noſtri: *vt latius dixi in l.in bonafidei. & dict. l.petens.*

Scio inſtabis dicens ego video bonam reſponſionem *ad d.l.quoties. de præſcr.verb.*quæ dicit actionem præſcrip. verb. dari, cum alia non datur?Reſpon.notab.quod negotio vno modo conſiderato,ſi ex eo oriatur præſcript. verb. tanquam ex contractu innominato ſecuto implemento , eadem conſideratione retenta aliam actionem non producit: ſed negotio modo diuerſo conſiderato intellectualiter non eſt inconueniens aliam produci: vt puta,conſiderato pacto veſtito coherentia,nam tunc non oritur ex eodem fonte:ſed tanquam ex diuerſo fonte propter dictam conſiderationem diuerſam : non enim inconuenit, quod ex duobus fontibus bibamus duas aquas ad hoc text.continuus,*in l fin. ff. de æſtima.actio. & in l.2. C. de pactis inter empto.& vend.& d.l.Labeo ſcribit*, ad idem textus optimus iuncta glo. *in l.pacto ſucceſſorum.C.eod.*quem ad hoc inducit,*Iac.Butrig.hic & in d.*
29 *l.petens,*ſimile* videmus in alia materia:ecce in legato cōſideratis regulis iuriſgentium,dominium eſt apud heredem,& contra eum datur actio perſonalis ex teſtamento traditione non facta: conſiderato vero iure ciuili dominium eſt apud legatarium etiam traditione non facta,*vt l.à Titio.ff.de furtis.cum ſimil.*&ideo datur rei vendicatio: & iſta eſt ratio quare iſtæ actiones contrariæ concurrunt,*l cum filius, §.variis.ff.de lega.2.*ergo ſimiliter in q noſtra: probatur hoc aperte *in d.l.Labeo ſcribit:*ibi ſecundum vnam conſiderationem, datur ex vendito,ſecundum aliam datur præſcrip.verbis:datur enim ex vendito, conſiderata fictione, ſecundum quam venditio habetur pro perfecta:datur præſcrip. verb. eo reſpectu quo conditio non eſt vere impleta:id eſt,eo reſpectu quo cōtractus non eſt perfectus,& ſic ex illo

contra-

Digitized by Google

contractu duæ reſultant conuentiones:vna quod per illum emptorem ematur locus: alia quod venditori datur precium bibliothecæ: prima eſt conuentio innominata:ſecunda eſt venditio bibliothecæ: illa enim cõditio ſi decurionibus,&c. habet hunc ſenſum, quod volentibus decurionibus emptor bibliothecæ teneatur emere locum vbi illam ponat. *vt ibi per D. Franciſcum de Alber. de Aret. & Bald. in l. interlocutio. C. commin at. vel epiſto.* Adhuc fortaſſe dubitabis dicens: ego non bene intelligo quotuplex ſit iſta actio præſcrip. verb. & in quibus caſibus detur, *vide Raph. in ſuis libellis Rubri. de actio. in factum quæ dicitur præſcr. verb.* & ceſſabit dubitatio, dum tamen addas glo. *& Bart. in d. l. ex placito. vbi not. loquitur.*

Sit igitur ex præmiſſis concluſio prima * quod actio vetus ex cõ- 30 tractu, ſeu ipſe contractus aut obligatio à pacto incontinenti appoſito informatur, & iſta actio appellatur à glo. *in d. l. petens*, actio prima id eſt, originalis: quia datur ad id quod primo venit in contractu, & in hoc omnes concordant, tam Citramont. quam Vltramon. in cõtractibus bonæfidei. In contractibus vero ſtricti iuris, licet communiter ſoleat idem dici per textum, *in d. l. petens, & in dict. l. lecta.* tamen quidam tenuere, *vt dixi in d. l. petens.*

Secundo, quod vbi eſt correlatio pacti ad contractum, vel contractus ad pactum, & poteſt reſultare vna ex ſpeciebus cõtractuum innominatorum, de quibus *in d. l. naturalis.* ſtatim ſecuto implemento, & ſic veſtita conuentione prædicta rei interuentu oriatur præſcrip. verb. tanquam ex contractu innominato impleto & veſtito: & in hoc etiam concordant tam Citramon. quam Vltramon. *per tex. in d. l. 2. de pact. inter empt. & vend.*

Super tertio diſcordant Citramont. & Vltramont. cum eorum ſequacibus: quod Vltramont. & ſequaces deteſtantur veſtimentum cohærentiæ, & conſequenter negant actionem aliquam oriri ex pacto incontinenti appoſito. Citramon. * vero dicunt etiam ex pacto 31 incontinenti appoſito tanquam veſtito cohærentia contractus oriri quandã præſcr. verb. ſeu in factum, quæ datur vbi æquum eſt actionem dari, & ex conſequenti Dd. Vltramon. in caſibus in quibus reſultat correlatio contractus ad pactũ duas actiones oriri cõcedunt, ſcilicet primam ex contractu nominato, informatam à pacto, ſeu actionem ex contractu nominato informato naſcentem, & aliam ex

contractu illo innominato reſultante ex relatione, quæ oritur ſecuto implemento. Citramontani addunt oriri tertiam actionem ex pacto incontinenti veſtito cohærentia, & hanc dicunt ſtatim oriri, & ex ea poſſe agi, etiam non ſecuto implemento, licet propter non implementum obſtet exceptio, *l. Julianus. §. offerri ff. de actio. empt.* Ita ſubtiliter & eleganter declarat Iac. Butriga. *in l. petens*, quod notabis perpetuo. Sequitur etiam aliud ex præmiſſis, quod in caſibus in quibus non reſultat correlatio prædicta, vt quia pactum & contractus ſunt pro eodem, certe ſecundum Vltramontan. ſola vetus actio ex contractu oriens competit informata à pacto: ſed ſecundum Citramontan. duæ competunt dicto caſu: ſcilicet vetus informata & noua, quæ ex pacto oritur propter veſtimentum cohærentiæ ſeparatum: & hæc fuit communis ſententia glo. & eſt communis opinio, ponens veſtimentum cohærentiæ ſeparatum ab aliis veſtimentis, & & conſequenter actionem oriri ex pacto. Iſta opinione glo. & com-
32 muni præſuppoſita reſultat vtilitas, quod * intereſt noſtra plures actiones habere, *vt l. qui duos, ff. de lib. leg.* & vna ex illis ſublata per pactum vel iuſiurandum non erunt ſublatæ aliæ, cum oriantur ex diuerſis principiis. *l. ſi actor, ff. de iureiuran. cum ſimilibus.* Item aliud requiritur, quod præſcript. verb. non ſolum in contractibus innominatis competit, *vt d. l. naturalis*, & iſta eſt generalis, ſed etiam ſpecialis ex pacto incontinenti appoſito veſtito cohærentia contractus, vt ſupra eſt dictum. Item etiam datur vbi dubitatur de nomine contractus *l. 1. 2. & 3 ff. de praeſcrip. verb. & l. ſi tibi rem, eod. tit. & l. 1. ff. de exerc. act.* Quod ſi adhuc miraris de concurſu dictarum actionum & ex eodem facto orientium propter text. *in l. 2. in prin. ff. ſi cert. petat.* vbi Bart. & Dd. notant vnam actionem tantum ex eodem facto oriri debere, depone admirationem: nam quando concurrunt circa eundem contractum duæ contrahendi formæ, patet quod ſi iuxta contractum emptionis, vel ſocietatis addatur ſtipulatio, ex vtroq; oritur actio, *l. duo ſocietatem, ff. pro ſoc. & late Bart. in l. ſingularia, ff. ſi cert. pet.*
33 ſic ergo in propoſito * quando concurrunt duo contractus ſpecie differentes: ſcilicet contractus nominatus & pactum quod eſt contractus innominatus, *vt ſuperius dixi allegando glo. in l. 1. in fin. magna glo. ff. de act. & oblig.* diuerſitas illa formarum ſeu factorum debet inducere pluralitatem effectuum, cum pactum ſit contractus habens eſſe &

formam

Digitized by Google

formam ex ſe, ſumens tamen effectum ex vicinitate contractus veſtiti: hinc cauſatur imaginatio veſtimenti cohærentiæ contractus quam ſupra præſupponunt communiter Dd. præſertim Citramontani. Quibus adde, quod ſi iuxta contractum puta venditionis incontinenti fuerit appoſitum pactum aliquod ſtipulatione vallatum in fauorem venditoris, puta quod emptor promiſit illam rem ſibi venditam locare dicto venditori, certè ex illa ſtipulatione incontinenti appoſita iuxta contractum venditionis, actio ex vẽdito competens venditori ad precium informatur vt detur etiam ad id quod deuenit in ſtipulatione ſicut informatur, vt detur etiam ad id quod deuenit in continenti appoſito: caſus eſt ſing. *in l. prædia. ff. de act. emp.* ſecundum vnam lec. antiquorũ. Vnde reſultat aliud mirabile quod illa ſtipulatio cum ſit veſtita, licet non veſtiatur iterum cohærentia contractus venditionis ad finem vt ex ſe propter veſtimentum cohærentiæ actionem aliam pariat, ſicut parit pactum veſtitum: cohærentia tamen informat veterẽ actionem ſeu obligationem ex contractu naſcentem, ita colligit ibi Paul. de Caſt. quæ bene not.

Reſtat* nunc vt videamus pro communi vtilitate, quæ requirantur ad hoc vt pactum veſtiatur cohærentia contractus. Et primo requiritur quod incontinenti ſit factum iuxta contractum, *vt d. §. quinimo, cum ſimil.* & quomodo intelligatur incontinenti, *ſupra habuiſtis.* Secundo requiritur quod pactum ſit pro illo pro quo eſt contractus, id eſt, non ſit penitus contractus pro vno, & pactum pro alio, quod tunc pactum non veſtiretur à contractu contra ſe, *l. ſi tibi. C. loca. ſecundum vnam lectu.* pro cuius difficilis legis intellectu multiplici & inductione diuerſa, *vide quæ dixi in l. legem. C. eo. de qua l. ſi tibi. Bald. etiam ponit caſum in d. l. petens*, ſi tamen contractus ſit pro vtroque dicas veſtiri, quod ſufficit nõ eſſe penitus contractum pro vno & pactum pro alio ſecundum *Dd. in d. §. quinimo, & in d. l. petens.* Ex quorum dictis colligas quod pactum pro vno veſtitur à contractu qui eſt pro vtroque: item pactum pro vtroque veſtitur à contractu qui eſt pro altero ex contrahentibus tantum: quæ verba ſunt magni ponderis: igitur perpetuo notabis, & adaptabis caſibus occurrentibus. Tertio requiritur quod contractus veſtitus non ſit ſuper acceſſorio tantum, quod tunc pactum ſuper principali non veſtitur à contractu ſuper acceſſorio, *l. ſi pacto cum ſimil.* Quarto requiritur 34



Digitized by Google

*ſecundum Bald.in d.l.petens*,quod pactum non ſit extraneum à natura contractus,id eſt, non ſit incompatibile cum natura contractus,id eſt. ſit tale quod ab initio potuerit eſſe pars ipſius contractus, *vt per Dd.in d.§.quinimo.vbi hoc voluit etiam Bart.*

35 Præterea Paul.de Caſt. ibi. & *in d.l. petens*, dicebat * quod dictum veſtimentum cohærentiæ contractus non habeat locum in contractu ſtricti iuris,qui re contrahitur, vt in mutuo: quod non poteſt aliquid dari vltra quam mutuatum fuerit, *l. ſi tibi decem milia. ff. de pact.* Præterea etiam Paul.de Caſt.*in d.§.quinimo.*dicebat quod omnia iura loquentia de hac materia declarantur *per text.d.§.quinimo.*ſcilicet vt tunc pactum incontinenti appoſitum inſit quando legem cõtractui dat,id eſt,quia cõtinet in ſe tale quid, quod potuiſſet in ipſo contractu venire, vt ibi exemplificat, & hoc puto voluiſſe *Bald.in d. l.in bonæfidei.*dum dicit quod tunc pactum informat & veſtitur propter cohærentiam, quando habet eandem cauſſam ſubſiſtendi, id eſt,quod cauſa quæ influit contractu,influit pacto, & contra, cauſa quæ influit pacto influit contractui: id eſt, quod cauſa contractus congruat pacto,& cauſa pacti, congruat contractui: id eſt, adiaceat cauſſæ illius contractus, tanquam pars illius contractus: quod etiam placuit Rapha.Paul. & Moder.*in d locis.* Hinc Bald. perſpicacius inueſtigando dixit,*in dict.l petens*, *in col.* 14. poſt longam diſputatio-

36 nem † quod tunc contractus veſtit pactum quando ex eadem cauſſa fit pactum & contractus: ſecus ſi ex diuerſa, quod tunc non habet veſtimentum eiuſdem cauſſæ,verbi gratia: dono tibi per ſtipulationem decem,inſuper nudo pacto conuenimus facere permutationem & diuiſionem: certe hoc pactum permutationem & diuiſionem: certe hoc pactum permutationis & diuiſionis, cauſſa donationis nullo modo poteſt contrahi: & ideo non veſtit: & ita dicit Bal.vbi ſum iſta latius proſecutus,*Bal.in d. §. quinimo, col 9 in lectu. Papienſi.*dicit quod tunc pactum veſtitur cohærentia contractus,quñ pactum & contractus reſpiciunt eandẽ cauſam principalem,id eſt ꝙ pactũ ſit appoſitũ ex eadẽ cã: ita quod ſit ex appenditiis illius cauſſæ: quando vero pactum nudum apponitur ex diuerſa cã: vt puta quia præcedit contractus mutui ſtipulatione vallatus, deinde ſequitur pactum ex diuerſa cauſa,donationis puta,quia ex cauſa donat. promiſiſti pacto ſcribere liberum: hoc pactum nõ veſtitur cohærentia:

*vt not.*

Digitized by Google

*vt not.d.l.ſi tibi decem millia.* quia prima cauſa mutui non infert in hoc factum per pactum promiſſum, quod eſt extraneum à cauſa illius mutui. *l.ſi maritus.de donatio. inter virum & vxorem.* hæc omnia tene mente & diligenter conſidera:quia ſunt valde ſpeculatiua.

Bald.*in d.l.petens.col.*1. dixit quod † in contractu qui re contrahitur pactum nec informet nec pariat, & ſubdit quod ſi literis contrahitur,tunc ſcriptura non informabitur ex pacto facto incontinenti ſine ſcriptura.*ar.l.*1 *ff.de his quæ in teſt.*Et ex hoc ſuperiori anno inferebam, quod pactum factum ſine ſcriptura incontinenti poſt alium contractum nominatum initum inter partes de quo apparebat inſtrumentum guarentigiatum,non veſtiatur cohærentia contractus & inſtrumenti guarentigiati præcedentis quod ſcriptura non informatur à pacto,& pactum cohærens ſcripturæ,non veſtitur ſcriptura, maxime quod Notarius qui præcepit oſeruantiam nomine guarentigiæ,de illo pacto non cogitauit,quando præcepit:nam illa guarentigia ad illud pactum trahi non poteſt.ad idem facit quod notab. dixit Bart.*per illum tex.in l.contractus.C.de fidei inſtru.* In contrarium facit quod not. *Bald.in l.vnica.C.quando non pet.part.*in illo notab.dum dixit,quod decretum Iudicis interpoſitum ſuper parte, trahitur ad partem accreſcentem. Item ſicut verba ſtipulationis informãtur à pacto,& pactum veſtitur ab illis,quæ tamen in forma ſtipulantur, in pacto non interuenerunt:ergo ſimiliter in dicto veſtimento ſcripturæ ſeu literarum:cogita,quia Dd.non tangunt,& pro examine huius paſſus *vide Dd.in d.§.quinimo.& in d.l.petens.*dum tractant quando dicatur incontinenti appoſitum pactum iuxta contractum in ſcriptis celebratum. 37

Aliqua etiam notanda in materia nolo vos lateant. In † primis quod cohærentia contractus veſtitur,non ſolum vnum pactum, ſed mille millia pactorum quæ incontinenti facta eſſe veſtirentur,*ſecundum Dd.in d.§.quinimo.& in d.l.petens.bene facit,d.l.contractus.& in l. epiſtola.§.ſi inter,ff eod.* Secundo ſcias, pactum veſtiri etiam cum tertio qui non erat vnus ex contrahentibus,tamen res erat connexa.*vt d.§. ſi inter.ſecundum vnam lec.ſingu.domini mei, quam oportebit defendere.a.d. l.ſi tibi.C.loc.recurras ad d.l.legem.C.de pact.* Tertio ſcias,tale pactum veſtiri à contractu, etiam ſi tale pactum tendit ad reſolutionem contractus prædicti. *l.ſi conuenerit.ff.de reſcin. vend.* nec eſt mirum, quia 38



Digitized by Google

non obligantur naturaliter ad non petendum, ſed ſolummodo per
exceptionem repelluntur, ſecundum Bald. hic, quod puto veriſſimum, nam & alias ſimile habemus *in d. l. reſcriptum*, in acquiſitione
exceptionis doli, vt ibi videndum. Secundo eſt notandum, ſecundum Bald. hic, quod quia iure nouiſſimo præſumptio eſt quod ille
cui delata eſt hereditas in caſibus dictarum ll. non timebit creditores, & adibit cum beneficio inuentarii, *vt l. fin. C. de iure delibe. & in
auth. de hered. & fal. §. ſancimus*, ideo dicemus quod l. maiorem, cum
ſimil. ſit correcta, *vide in hoc Dd. l. maiorem, cum ſimil.* Tertio † eſt 2
notandum, quod ſi de credito illorum creditorum remittentium
non conſtat. niſi per confeſſionem: tunc præſumitur fraus, *l. 1. §. quod
ſic. ff. ſi quid in fraud. pat. & l. ſi quis probat. C. de bonis praſcript. cum ſimi. ſecundum Bal. quod not* hoc puto verum, quando conſtaret per confeſſionem ſolum illius futuri heredis: quando vero per confeſſionem
defuncti non militat dicta præſumptio fraudis, cogitabis, quando
occurret: multa enim dicit Bald. *hic in tractatu de pactis, in char. 13. ad
materiam l. cum in eo. & in l. cum hereditas, ff. de adminiſt. tut. & auth minoris debitor, C. qui da. tu. poſſeſſ.* inter cæterea an dictæ leges ſint hodie
correctæ, cum pupilli creditor non poſſit eſſe tutor eius vel curator,
*vt d. authen. minoris debitor.* & determinat quod ſic. quod *l. cum in eod.*
loquitur de tutore legitimo vel datiuo non de teſtamentario: cum
loquatur ante aditam hereditatem *l. ſi nemo, ff. de teſtam. tut.* Nec obſtaret ſi diceres quod poſſet eſſe creditor ex teſtamento: nam tutori
legari poteſt: quod illi non officit, quod fit cum creditoribus, *l. 3. ff.
ad l. Fal.* Quarto * eſt notandum, quod licet de iure ciuili alter alteri 3

& illud dicitur tacitum quod habet conſenſum præſumptum, nec curo quomodo conſenſus ſit expreſſus, vtrum verbis au facto. Vnde pactum quod nutu contrahitur expreſſum eſt & non tacitum: & *not. gloſſ. ordi. in l. item quia, ff. eod.* Circa prædicta quæro à te ſcholare quando aliquis mercator ſcribit tibi ex nundinis alicuius loci quod recepit tibi pecuniam à patre tuo, quam ſoluet tibi, quis contractus
4 reſultet inter te, & dictum mercatorem. Dicit * Odoſ. *in l. 1. C. de conſtit. pecu.* quod reſultat conſtitutum, *vide ſingulariter Spe. in tit. de ſolut. §. prænotandum, verb. quidam*, & ibi Bald. notab. loquitur vide eundem, *in l. in perſonam. §. qui pecuniam, ff. de pact. & bonum text. in l. à creditore, de conſtit. pecu.*

# QVÆSTIO VIII.

## Quando & qualiter Pacta præſumantur.

### SVMMARIA.

1 *Rei plures debendi, ſi in vno contineantur inſtrumento & vni ipſorum reddatur inſtrumentum, an cenſeantur omnes liberati.*

2 *Debitor reddens creditori inſtrumentum debiti, an reponat ſe in obligationem priſtinam.*

3 *Inſtrumentum debiti cancellatum penes debitorem repertum, an præſumatur ſibi à creditore traditum.*

4 *Inſtrumentum debiti cancellatum debitori traditum à creditore an illi proſit aduerſus correum.*

OCTauo principaliter quæritur, *QVANDO ET QVALITER PACTA PRÆSVMANTVR:* Multa pacta tacita & præſumpta habemus, *in l. Labeo, & l. poſtquam, cum ſi. ff. de pact. & per Dd. in l. ſeruum filii, §. eum qui chirographum, ff. de l. 1. & in l. 2. & in l.*
1 *ſi creditores, C. de pact.* Notabis† aliqua perpetuo: primo quod ſi in vno inſtrumento continentur duo rei, & vni redditur inſtrumentum, an videatur vterque liberatus, *Guli. in d. l. poſtquam*, dicit talem inſtrumenti redditionem duo operari: quod liberatur is cui reddatur, & ſibi contra correum videtur actio ceſſa: allegat pro caſu, *l. valde*

*not,*

Digitized by Google

*not.l.ſi is qui duos.ff.de libe.lega.* diuerſum ſi non eſſent correi:nam nec alter liberaretur,nec contra alium videtur actio ceſſa: idem tenent *Dd.ibi & Bal.hic.* Multa alia pacta præſumpta habentur, *l.2.& l.4.C. dote promiſſ & l.pen. C. com. diu per glo & l.cum oſtendimus, §. vlt ff. de fideiuſ.tut.& l.qua dotis ff.ſol.mat.& l.Procula ff.de proba.& l.2.§.non male. C.de doli.excep.*

Huic q.præcedenti, applicatur quæſtio, quid ſi ille debitor illud inſtrumentum creditori reddiderit, vtrum * videatur ſe repoſuiſſe in obligationem priſtinam?Guli. ibidem dicit, quod videtur ſe repoſuiſſe in obligationem, *arg. l.ſi vero non numerandi.§. idem Papinianus,ff.mand.& l.ſi teſtamento, §. 1.ff. de fideiuſſ Bald. hic in tractat.de pact. char. 10.* dicit contrarium, cum ex illo inſtrumento nihil poſſit probari:nam ſi obligaretur tunc,quando reddit,alius eſſet dies, & conſul obligationis,quam conditi inſtrumenti: vnde cum inſtrumentum non contineat quod petitur,nec probat illud,redditio eius nihil operatur. Credit tamen Bald. hic quod iſtud præſumptum pactum quod re,id eſt inſtrumenti datione debitori contrahitur,cauſam obligationis tollat;licet quod verbo fit, non tollat niſi naturalem obligationē. Nec mirum cum plus operetur realis actus quam verbalis,*l.noſtram,C.de teſtam. & l.proxime,ff. de his quæ in teſtam.delen.* tandem dicit hic Bald. inſpiciendum quid contineat inſtrumentum,vt ab eo tacite receſſum videatur. Et ideo ſi inſtrumentum hypothecæ tibi reddo,non liberaris à debito:*vt per Guli.& Doct.in dictis iuribus,vbi latius*:profecto videretur ſatis admittendum dictum Gul. in obligationibus quæ conſenſu contrahuntur,*vt d.l.iuriſgentium.§. adeo,cum ſim.* & pro diſcutienda veritate huius paſſus valde conferrent ea quæ dicit *Paul. de Caſtr.in l.contractus,C.de fid.inſtr.& quod dixi in l.hac conſultiſſima.§ per nuncupationem.C.de teſtam.*

Fraternizat cum præcedenti alia q.Notiſſimum eſt omnibus qui leges pene odorarunt * quod ſi apud debitorem reperitur inſtrumentum cancellatum,vtrum præſumatur ſibi traditum à creditore, diſtingui ſolet *per gloſſ. & Dd. in dict. l.poſtquam*, inſpiciendam eſſe conditionem perſonæ debitoris & creditoris: an creditor ſit homo largus,vel nimium auarus,ita quod non præſumatur remiſiſſe: & an quantitas ſit magna vel parua: & an debitor ſit homo malæ conditionis vel ne: & an meruerit hanc liberalitatem in eum

exerceri

Digitized by Google

6 *Agere quando poſſit de æquitate is cui ſtipalatus ſum & contra quem.*
7 *Actio an & quando ex pollicitatione oriatur de iure Canonico.*

VNdecimo quæritur, *PER QVAS PERSONAS ACTIO NOBIS ACQVIRATVR*, hæc eſt materia *l. ſtipulatio iſta. §. alteri. cum ſim. & l. ſi heredi. §. fin & l. contra iuris, §. fin. ff. de pact. tractatur etiam per Dd. in l. in cauſſa. §. ſi ex parte, ff. de procurator.* Circa* prædicta notandum eſt, quod aliquando acquiritur nobis pactio ad incommodum noſtrum, *l. maiorem. l. ſi plures, l. reſcriptum, & l. cum in eod. ff. de pact.* & in caſibus dictarum ll. illi qui non conſenſerunt, & tamen tenentur ſtare pacto facto per maiorem partem aliorum creditorum, non obligantur naturaliter ad non petendum, ſed ſolummodo per exceptionem repelluntur, ſecundum Bald. hic, quod puto veriſſimum, nam & alias ſimile habemus *in d. l. reſcriptum*, in acquiſitione exceptionis doli, vt ibi videndum. Secundo eſt notandum, ſecundum Bald. hic, quod quia iure nouiſſimo præſumptio eſt quod ille cui delata eſt hereditas in caſibus dictarum ll. non timebit creditores, & adibit cum beneficio inuentarii, *vt l. fin. C. de iure delibe & in auth. de hered. & fal. §. ſancimus*, ideo dicemus quod l. maiorem, cum ſimil. ſit correcta, *vide in hoc Dd. l. maiorem, cum ſimil.* Tertio † eſt notandum, quod ſi de credito illorum creditorum remittentium non conſtat, niſi per confeſſionem: tunc præſumitur fraus, *l. 1. §. quod ſic. ff. ſi quid in fraud. pat. & l. ſi quis probat. C. de bonis praſcript. cum ſimi. ſecundum Bal. quod not* hoc puto verum, quando conſtaret per confeſſionem ſolum illius futuri heredis: quando vero per confeſſionem defuncti non militat dicta præſumptio fraudis, cogitabis, quando occurret: multa enim dicit Bald. *hic in tractatu de pactis, in char. 13. ad materiam l. cum in eo & in l. cum hereditas, ff. de adminiſt. tut. & auth minoris debitor, C. qui da. tu. poſſeſſ.* inter cæterea an dictæ leges ſint hodie correctæ, cum pupilli creditor non poſſit eſſe tutor eius vel curator, *vt d. authen. minoris debitor.* & determinat quod ſic. quod *l. cum in eod.* loquitur de tutore legitimo vel datiuo non de teſtamentario: cum loquatur ante aditam hereditatem *l. ſi nemo, ff. de teſtam. tut.* Nec obſtaret ſi diceres quod poſſet eſſe creditor ex teſtamento: nam tutori legari poteſt: quod illi non officit, quod fit cum creditoribus, *l. 3. ff. ad l. Fal.* Quarto * eſt notandum, quod licet de iure ciuili alter alteri

1 2 3



Digitized by Google

aut paciſci, aut ſtipulari non poſſit, vt *d. §. alteri, cum ſim.* tamen de iure Canonico, ſi promitto tibi me daturum Titio 10. ego teneor maxime vbi interuenit ſacramentum, ita determinat gloſſ. *ſingularis 1.quaſt.7.c.quoties cordis oculus,qua incipit, argumentum contra, in fin. Ioan. de Imo. in d. §. alteri*, dicit quod Dd.communiter tenent, quod regula, *d.§.alteri.* de iure Canonico non procedit, *per d.gloſſ.& not.22. quaſt.5.cap.iuramenti.* ipſe cum Ioan. de Imo. dicit illam gloſſ. & eius deciſionem non probari per iura in ea alleg. quam glo. dicit ſaluari poſſe forte in foro conſcientiæ, vt ex quo quis ſemel promiſit, debeat illud ſeruare, ſed in foro iudiciali, putat ſecus, *argu. not. in c.cum inter. de elect.* Certe pro veritate dicti articuli oportet vlterius indagare, videlicet vtrum ex ſtipulatione alteri facta naſcatur obligatio ſaltem naturalis, ſuper quo oportet diſtinguere, quod aut quærimus an acquiratur naturalis ei cui ſtipulatus ſum: aut quærimus an ipſa naturalis ipſi ſtipulanti pro alio quæratur: primo caſu videtur quod nulla naturalis ſit quæſita, *vt l.ſtipulatus, §. Chryſogonus, ibi nullam obligationem, ff de verb.obliga. & in l.quo tutela, ff.de reg.iur.* Patet ex eo, quod regula d.§. alteri, habet locum in pacto, vt ibi, ergo non oritur naturalis, quæ ex pacto conſueuit oriri. *Idem probatur in l.reſcriptum.§.fin.& l.ſi tibi,§. ſi pactus, ff. de pact. & ita firmiter tenent in d.§. alteri, Ang.Cuma & Paul. de Caſtr. & pro certo videtur caſus, in dict.§.ſi pactus,* quod naturalis ſola eſt potens ad excipiendum, *vt dict.l.iuriſgentium.§.igitur nuda.* & ſi quæreretur naturalis illi tertio, ipſe poſſet excipere vigore talis naturalis, quod tamen lex ibi negat: idem probari videtur *in l certi conditio.§ quoniam, ff.ſi cer.petat. vbi hoc nota. Bald.*
5 *in l.1.§.quod ſeruus meus, ibi nullius momenti, ff.de ſtip.ſer.* Secundo * vero caſu: ſcilicet an ipſa naturalis quæratur ipſi ſtipulanti, pro alio? videtur quod ſic: & ita intelligatur gloſſ. in d. §. alteri, & procedat opin. Bart & ſequacium: ſcilicet quod ſit obligatus ſtipulanti naturaliter ad obſeruantiam promiſſorum, non quod ſibi debeatur. Item intelligo hoc procedere, quando ita fuit concepta, promittis mihi quod dabis Titio: ſed quando verba concepta fuiſſent hoc modo: Promittis Titio quod dabis ei, tunc ſtipulatio eſſet prorſus inutilis, ita vt naturalis non ſit quæſita alicui, *vt nota. in dicta l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis inſulam, in verſicu. fieri, ita declarat ibi Angel. & in l. 1. ff. de pact.*

Nunc

Digitized by Google

Nunc redeundo ad punctum per me ſupra tactum, ſcilicet poſito quod illa naturalis ſit quæſita ſtipulatione alteri facta, an ex tali naturali ſit quæſita actio inſpecta æquitate Canonica, *iuxta not. in c. 1. & 2. de pact.* Et certe ſi quæratur vtrum ille ſtipulator agere poſſit, ſolet allegari d. gl. c. quoties, quod ſic, vt ſupra retulit Imol. qui idem dixit, *in l. ſi ſtipuler, & Ang. idem dixit in l. 1. ff. de pact. deinde idem Ang. in d. §. alteri*, dicit quod ea quæ ibi dicuntur, procedant quando quis paciſcitur quod ſua intereſt. *Idem tenuit Abb. Sicul. in cap. ſi cautio. de fid. inſtrum. & Dom. me. in l. pacta quæ contra. C. de pact.* vnde ibi ſentiunt actionem ſibi non competere. Sed vtrum ibi per viam Euangelicæ denunciationis, de qua *in cap. nouit. de iudi. cum ſimil. Anto. de But. in dict. cap. nouit. & Bart. in extrauag. ad reprimen. ſuper verbo per denunciationem & Bald. in authen. ad hæc. C. de vſur.* dicunt quod ſic: & ita dicit Abb. præfatus intelligi gloſſ. *d. c. quoties, & dict. cap. ſi cautio.* quod etiam videtur de mente Imo. *in d. §. alteri.* Si vero * quæratur, an ille 6 cui ſtipulatus ſum poſſit agere de æquitate Canonica? & *gloſſ. in d. c. quoties*, relata ad text. tenuit quod ſic, quod etiam ſentire videtur *Anton. de Butr. in dict. c. ſi cautio, & Bald. in l. generaliter. C. de non num. pecun. quæſt. 10.* Sed iſtud confundi videtur, *per text. in cap. quanquam. de de vſucap. in 6.* vbi etiam de iure canonico non poſſum ſtipulando alteri acquirere, *quem text. vt ſingul. ad hoc not. Anto. de Butr. in proœmio decretal. circa fin. ſui commenti. & d. c. Abb. in cap. ſi cautio & Pont. in d. §. alteri*, & hoc videtur in puncto iuris verius, ſcilicet quod agi non poſſit: vel forte poſſet attentari quod in caſu *dict. cap. quanquam.* ſpeciali ratione in odium vſurarum Papa ibi voluerit perſonam ſtipulantem eſſe legitimam, vt efficacius prouideretur illi cui fienda eſſet reſtitutio vſurarum in illo caſu, id eſt, ciuiliter & naturaliter obligaretur, & in omni foro poſſet ille obtinere attento omni iure ſine ſcrupulo: non autem ibi negatur quod de æquitate canonica ex illa ſtipulatione alteri facta, non ſit quæſitum ius illi tertio. Tandem quod durum videtur, quod de æquitate canonica agi poſſit per illum tertium, & ſic correctæ ſint omnes leges, verius puto quod agi non poſſit, vt iam ſupra dixi tenere Anton. de Butr. Abbat. & Ponta. fateor tamen quod ad conſcientiam exonerandam per viam Euangelicæ denunciationis audiretur & ita tenet *Anton. de Butr. in dict. proœm. decretal. & Abb. in c. ſi cautio.* quæ



Digitized by Google

verba perpetuo menti tenebis, & diligenter notabis: verum quod *glo.d.c quoties*, maxime illud firmat quando eſſet appoſitum iuramētum quod operetur d.caſu iuramentum, *vide Dom Anto.de But in c. cum contingat,de iureiurand.in 4.col & ibid.Inno.& Bald.in repet.l 2.ff.de iureiurand in antepen.char. & in Authen. Sacramenta puberũ, C.ſi aduer. vend.& in l.pactum.C.de colla.q 9.& in Rub.C.res inter ali.acta.& Bar.in l.cum quis decedens.§.codicillis,de leg.3.* Et ex his habes apertam viam an & quando procedat glo.*d c.quoties.*

7 Conferunt prædicta ad Q. vtrum de iure canonico ex pollicitatione oriatur actio: quod do. Abb.*in d.c.quoties*,de pact. volebat. præſupponens ex illa naturalem oriri, quod nō puto verum: tum quod naturalis non oriatur ex pollicitatione,*vt plene dixi ſupra queſtio.5. & tenet Bart.vltra ibi alleg in l.ſi vnus § pactus.ff. de pact.*tum quod ſi in q. præmiſſa in iure cano.nō oritur actio, quo caſu reſpectu illius tertii videtur quædam pollicitatio, ergo nec in iſto caſu.

# QVAESTIO XII.

## De quibus rebus pacta fiant.

### SVMMARIA.

1 *Pacta de quibus rebus fieri ſoleant.*

2 *Pactum quo quis promittit ſe non probaturum per teſtes, ſed per inſtrumentum an valeat.*

1 DVodecimo quæro, *DE QVIBVS† REBVS PACTA FIANT.* vide plene per Azo.in ſumma huius titu §.deficit quoq;:& adde quæ plene dixi *in l.fin. C. de pact.& in l.pactum dotali.C. de colla.& Dd.in l.alia.§.eleganter.ff ſol.matri & glo.ſingul. in l.pactum inter heredem.ff. de pact. & quod not. tradit Bald.in l.vacuatis.C. de decurio. lib.10.* vbi inter cætera not.dixit, quod licet dici ſoleat quod non valeat pactum per quod promitto non probare, niſi per inſtrumentum, non autem per teſtes, *vt dixi in l.penultim. Cod. de pact.alleg.gloſſ.*

2 *ſingul.authen.vt ſine prohibitione matres*, tamen * illud intelligendum, quod tale pactum non valet ſcilicet ad finem vt impediat productionem teſtium, quæ non impeditur, ſed bene valeret ad finem, vt producens contra conuentionem teneatur ad intereſſe parti aduerſæ,&

Digitized by Google

uerſæ,& ita dicit reperiſſe excellentiſſimum Dom.Iac.de Bel.tenuiſſe quod ſingulariter notabis illud quod ſcies non impediri productionem, vt latius proſequitur Bald. ibi.

# QVÆSTIO XIII.

## De effectibus pactorum.

### SVMMARIA.

1 *Obligatio naturalis tantum ex pacto oritur,nec actio vlla datur.*
2 *Actio non datur ex pacto nudo, ſi ille cui fit,tractet de lucro captando.*
*Pactum literis veſtitum quod dicatur.*
3 *Pactum legis auxilio veſtitum quod ſit.*
*Actio de conſtituta quando & cui competere ſit dicenda.*
4 *Actio qua oriatur ex ſecundo pacto ſuper eadem re facto.*
5 *Actio de iure ciuili oritur ex nudo pacto facto ex interuallo ſuper eadem re.*
6 *Actio de conſtituta datur, ſi ſuper eadem re quis ex interuallo eidem paciſcatur.*
7 *Actio de iure ciuili competit ob pactum donationis.*
*Actio de iure ciuili ex pacto nudo non competit.*
8 *Ius ciuile in terris Imperij, & canonicum in terris Eccleſiæ debet ſeruari.*
9 *Actio de iure canonico non oritur ante implementum in contractibus innominatis.*
*Pactum de non petendo,ipſo iure actionem tollit de iure canonico.*
10 *Pactum ſine cauſa,de iure canonico non habet effectum,ſicut nec ſtipulatio ſine cauſa,de iure ciuili.*
11 *Iuramentum faciens ſtipulationem inutilem,vt pactum valere, an operetur,vt de iure Canonico actio detur ex pacto.*

Decimotertio quæro,*DE EFFECTIBVS PACTORVM* ſcilicet quæ principaliter & per ſe conſiderantur:nã de effectu pactorum, quæ alij contractui cohærent *ſupra eſt* dictum,& certe de iure ciuili expeditum eſt,quod † non oritur niſi naturalis obligatio, 1
& conſequenter non datur actio,*vt d.§.igitur nuda.cum ſimi.* licet prima facie videretur oppoſitum: quod tex.*in l. iuriſgentium.§.prætor ait.* dicit,pacta ſeruabo,quæ verba ſolent inferre actionem ſeu officium



Digitized by Google

iudicis,ſed reſponde, vt ibi per Dd. & vltra eos pondera tex. *in c. exijt qui ſeminat. de verb. ſignif. in 6.* vbi Nico. Papa interpretatur, pro confeſſione ordinis ſancti Franciſci, continente, quod promittunt obſeruare ſanctum Euangelium, vt intelligatur quod promittunt obſeruare præcepta Euangelij in vi præcepti, & recipere conſilia in vi conſilij, non autem quod ſimpliciter omne in Euangelio contentũ promittunt obſeruare: ergo & pariformiter prætor dum dixit pacta ſeruabo, intelligatur veſtita in ſua virtute, *vt per Dd. in d. §. prætor ait:* iſta tamen regula, ſcilicet quod ex pacto nudo non detur actio, fallit in aliquibus caſibus, *no. in l. legitima. & l. iurisgentium. §. quinimo. ff. de pact.*

2 Circa * quæ notabis aliqua diligenter. *& primo not. circa tot. titu. de pactis,* ſcilicet quod tunc non detur actio ex pacto nudo, quando ille cui fit, tractat de lucro captando: quando vero tractaret de damno vitando, quod ex inobſeruantia remaneret læſus ille cui per pactum eſt promiſſum, tunc ſibi ſubueniretur actione de dolo, *vt l. eleganter. §. ſeruus pactione. ff. de dolo. ſecundum Bart. ibi.* quod ſingulariter not. & addes *not. in l. ſi cum mihi. ff. eo. tit.*

Secundo tene menti, quod in curia mercantiæ, vbi negotia deciduntur ex bona æquitate, non poſſet opponi exceptio, quod non interuenit ſtipulatio, *ſecundum Bart. per illum tex. in l. Quintus. ff. mand. & Bald. in l. ſi pro ea. C. eod. tit.*

Tertio notandum eſt, quod quando de pacto apparet inſtrumentum, quod haberet executionem paratam ex forma ſtatuti, tunc tale pactum diceretur veſtitum literis, & diceretur legitima conuentio, id eſt, adiuta à lege municipali, *ſecundum Bald. in l. placito. C. de re permu. & l. 2. C. de execu. rei iudica. quod dicit eſſe bene notandum.*

3 Quarto † not. quod quando in pactum nudum deducitur id quod erat de iure debitum: tunc poteſt dici, quo illud pactum ſit veſtitum auxilio legis *gloſ. eſt ſing. in d. l. legitima* dum alleg. tex *Inſtitu. de fideicom hæred §. fin.* quod ſequitur ibi Bart. & prodeſt hoc ſcire, quod ſi agatur ex tali pacto quod de ſe eſt inutile, ſi inueniatur quod in illo ſit deductum, id quod iure debebatur, nõ poteſt dici quod ſit actum ſine actione vel ex cauſa inefficaci.

Quinto notandum eſt, quod vbi nudo pacto promittitur illud, quod prius debebatur alio nudo pacto, tunc datur actio de conſtituta: ita in terminis decidere videtur Guli. *in d. leg. iurisgentium. in princ.*

dum

Digitized by Google

dum dicit quod vbi pactum ſit ex cauſſa præcedenti vera, ſcilicet obligatoria, datur actio de conſtituta, *vt l.1.§.debitum ff. de conſti.pecun. & Inſti.de act.§.de conſtituta. Idem tenet Bart. in d.§.quinimo.* non enim requiritur ad eſſe conſtituti, quod quis vtatur verbo conſtituo: ſed ſufficit æquipollens, puta promitto tibi quod debes ex tali cauſſa, vel quod pridie promiſeram, vel facio me tibi debitorem, vel ſatisfiet tibi per me, vt colligitur de mente Azo. *in ſum. in tit. de conſtit. pecu. & eſt bonus text in l.cum qui.§.Iulianus.& l.conſtituere.& l.Titio.& l.quidam. & l.Lucius.ff.de conſtit.pecu.& in l.1.§.eum qui.eod.titu.* vbi habes, quod ideo inutilis ſtipulatio, de qua ibi, non valet in vim conſtituti, quia expreſſe patebat de mente quod voluerat ſtipulari, non autem conſtituere: ergo ſi de mente apparuiſſet, valet in vim conſtituti, *vt etiam eleganter colligitur ex dictis Bald.in Rub.C.de conſtit.pecu.quaſt.fin. & expreſſe tenet Do.meus in d.l.1.§.debitum.de conſtit.pecu.* vbi fortius inueſtigat vltra alios: Quid † ſi aliquis prius pacto nudo promiſerat aliquid, 4
deinde ex interuallo promiſit illud idem pacto: nulla tamen habita relatione ad prius debitum: vtrum ex hoc ſecundo pacto oriatur actio de iure ciuili, ſcilicet de conſtituta? & tandem poſt aliqua argum. pro & contra opinatur quod non: exiſtimat enim, quod ad eſſe conſtituti requiratur relatio ad prius debitum. & hoc ſatis innuunt verba Azo. dum dixit ſufficere quæcunq; verba dum tamen apta ad exprimendum hunc ſenſum, ſcilicet quod paciſcatur ſe ſoluturum debitum. Ex hoc infert præfatus Doct. ibi. quod forte male dixit Ang. *in leg.ſi certis annis.C.de pact.& in l.fin.C.ad leg.Falcid.* dum voluit quod ex duplici pacto nudo oriatur actio *arg.not.in d.titu. de conſtit.pecun.* quod ſiquidem illud ſecundum pactum nudum non referat ſe ad primum actio de conſtituta oritur: ita dicit præfatus Doct. Aduerte diligenter in præmiſſis: nam vltra Ang. Matheſilanus *notabili.26.* dixit, nota nouam regulam quam non ponunt legiſtæ, quod ex duplici nudo pacto ſuper eadem re ex interuallo facto oritur actio etiam de iure ciuili quod dixit patere, quia ex primo pacto nudo inducta eſt naturalis obligatio *leg.1.ff.de pact.* ex ſecundo vero pacto inducitur actio de conſtituta. *l.1.§.debitum. iuncta l. qui autem.§. fin. & l.ſeq.ff.de conſt.pecu.* & hanc regulam dicit ſentire Hoſti. *in c.per tuas.de arbi.& Ant.de But.ibidem clarius.& in c.Quintauallis.de iureiur.* Subdit quod forte etiam dici poſſet, quod ſi pactum nudum

ſit ſul-

Digitized by Google

ſit fultum iuramentò ſtatim, vel ex interuallo appoſito, producitur actio de iure ciuili. *l. ſi quis maior. C. de tranſ.* quamuis ex ſimplici iuramento promittentis, aliquid ſe facturum & curaturum, non oriatur actio nec obligatio naturalis, *leg. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſ. & ibi per Bart.* hæc ſunt formalia forma præfati Doc. *in d. no. 36.* Quidem etiam Moder. dicunt eſſe caſum *in d. l. fin. C. ad l. Falcid. ſecundum vnam lect.* Tota vis videtur pēdere ab hoc, vtrū ad eſſe cōſtituti, requiratur expreſſa relatio ad prius debitum: & ſi quidem teneamus illud, nō poſſet opin. Ang. Mattheſil. & ſequacium ſuſtentari: ſi vero teneamus, quod ſufficit relatio intellectualis ad prius debitum, tunc procede-
6 ret dictum præfatorum Dd. Verbi † gratia, iam eſt menſis promiſi tibi acceptanti decem, ob quoddam ſeruitium, & hodie promitto tibi ſimpliciter decem ex cauſa eiuſdem ſeruitij, quo caſu conſtat quod dictum pactum eſſet ſuper eiſdem decē, & ſic videretur relatio quædam intellectualis, hoc caſu putarem non eſſe abſonum dari actionem de conſtituta, & procedere opi. Hoſtien. Anto. de Butr. Ang. & Matheſi. quod no. Sed ſi iam menſe elapſo promiſiſſem tibi decem nulla habita relatione ad prima decem expreſſa vel tacita *iuxta not. in l. quinquaginta ff. de proba. cum ſimil.* non video quomodo iſta duo pacta coniungantur, ita vt præſumamus eadem fuiſſe promiſſa, & pro eis demus actionem de conſtituta, nec puto Ang. & ſequaces habuiſſe hanc mentem, ſed illam quod expreſſe, ſeu intellectualiter ex vnitate cauſæ, vel aliter ſe retulerit ad prius debitū: & hoc innuunt quando dicūt oriri ex duplici pacto ſuper eadem re. Dices tu fortaſſe, imo geminatio debet iſtud operari. *argu. not. per Bart. in l. cum ſcimus. C. de agri. & cenſi. & ſimilium, quæ adducit Ponta. in l. ſi vero. §. de viro ff ſolut. matrim. in fallentia propter geminationem.* Reſpondeo quod licet geminatio quandoq; operetur magnum effectum: in caſu tamen noſtro nō reperitur iure cautum: patet, nam antequam prætor faceret edictum de conſti. pecu. non dabatur actio ex pacto, ſecundo relatiuo ad primum: ergo patet quod duæ naturales non coniungebantur: ſi dixeris quod coniungantur poſtquam prætor ita voluit in illo edicto: Reſpondeo quod prætor videtur dediſſe fomentum ſuum illi ſecundo propter relationem ad primum, & quia ſe obligauit ex pacto ad illud in quo præcedebat alia cauſſa obligatoria, & ita innuit Guil. & Bart.

Digitized by Google

Bart. *in locis præallegatis*: : cogita tamen & tene menti dictum præallegatum, quod ex duplici pacto nudo detur actio de iure ciuili, quando fit ſuper eadem re, propter magnam autoritatem Hoſtien. Ant. de Butr. Ang. Matheſil. & ſequacium.

7 Sexto notandum, quod † ex pacto donationis propter nuptias datur actio de iure ciuili, *ſecundum Cyn. & Bald. in auth. eo decurſum. C. de donat. ante nup.*

Septimo notandum, quod licet prædicta regula negatiua, ſcilicet quod ex pacto nudo non poſſit agi, procedat de iure ciuili: tamen per ius canonicum ceſſare videntur prædictæ difficultates, cum ius canonicum de quadam plana & ſimplici via ſtatuat ex nudo pacto naſci actionem, ſeu poſſe quem conueniri efficaciter, *vt in c. 1. de pact. & ibi plene per Dd.* & eſt caſus *in c. 1. de prob.* quo non eſt in iure melior, quod ex ſola naturali ibi datur actio qua quis conuenitur, & ibi videas inductionem Modernorum: quaſi non curet æquitas canonica de verborum ſolennitate, ſed de vera exiſtentia terminorum. & hoc eſt expeditum *ſecundum communem opin. Canon. & Legiſt.* ſcilicet quando pactum fuit nudum, ab ordinatione ſolenni, ſcilicet vt quis compelli poſſit ad obſeruantiam pacti, *vt per Legiſtas in d. §. quinimo. & in d. l. petens. & maxime per Bald. in repeti. Padua. col. fin.* Ex † quo infert 8 quod in terris Imperij inter laicos, & in foro Cæſaris ſeruaretur deciſio iuris ciuilis: in terris vero Eccleſiæ ſeruaretur ius canonicum, & quod ſimpliciter inter clericos ſeruaretur vbique, *vt per Bald. in auth. ad hæc. C. de vſur. in 4. col. & Ang. in l. ſi certis. C. de pact. in repeti. & Canon. in d. c. 1. pro cuius intellectu vide etiam Salyc. in l. legem. C. de pact. & Dom. meum in l. pacta quæ contra. eod. tit. & elegantia verba Bald. in l. ex placito. C. de re. permu.* dum ſoluit illud cur verba illa prætoris, pacta ſeruabo, non ſunt cauſa actionis. An autem in terris Imperij laicus contra laicum poſſit agere ex nudo pacto in foro Eccleſiaſtico? *Ang. pulchre diſputat. in d. repeti. l. ſi certis annis. col. 4.* & concludit quod ſic, per viam denunciationis Euangelicæ, *vide in c. nouit. de iudi. vbi per Moder. plene.* Quando vero pactum eſſet nudum à cauſſa veſtimentali, vt in contractibus innominatis, vtrum ius cano. diſcrepet à ciuili? Bald. *in d. repeti. l. petens. in vlt. col.* dicit quod idem eſt de iure cano. & ciuili, cum tunc deficiat quodammodo conſenſus ante rei interuentum, *arg. l. fin. C. de non nu. pecu. Idem tenet Bald. in l. ſine apud acta. C. de tranſact.*

9 vbi fortius dicit,quod † in contractibus innominatis etiam de iure canonico ante implementum non oritur actio,quod verbum veluti notabiliſſimum,*ſequitur Do.meus ibi.& in d.l.petens.* Ex quo poſſet inferri,quod illud quod dicit Matheſ.*no.11.*in contractibus innominatis, habeat etiam locum de iure canonico, quod no. ſed an hoc dictum procedat,pendet ex eo quod Dd.dicunt *in l.1.C.eod.& in d.l.ſiue apud.& Bald in d.l.ex placito.quæſt.14.*videlicet vtrum, quando eſt interpoſita ſtipulatio,in contractibus innominatis, ſit orta actio ante implementum, attento quod ſtipulatio de iure ciuili, & pactum de iure canonico parem virtutem habere videntur, *vt per Bald. in leg. petens.*

Octauo notandum,quod de iure canon.pactum de non petendo, tollit ipſo iure actionem,ita q; non eſt neceſſaria acceptilatio: quod iſta vadunt à pari,parere,& ipſo iure tollere, *vt l. legitima. & l.ſi vnus. §.pactus.ff.eod. ſecundum Bald.in d.repeti.l.petens.in vltimis verbis.* Hoc vtrum ſit verum,pendet ab alio articulo, videlicet vtrum ſtipulatio de non petendo tollat actionem ipſo iure,*de quo per Bald.& Modern. in d.§.pactus.*

10 Vlterius † infert not. Bald. *in d. l. petens.* quod ſicut ſtipulatio ſine cauſa, non habet effectum de iure ciuili, *vt l 2.§. circa ff. de except.doli.* ita pactum ſine cauſa non habet effectum de iure canon.quod obſtat exceptio doli,quæ dicta *ſequitur Dom.meus in d.l.petens.*& ſunt profecto valde no. vbi fortius dicit quod ex pacto nudo præſumptæ donationis, non oritur actio etiam de iure canon. vide ibi & adde dictis ſupra *in 6.circa fin.in verſi.ſuper tertio.* Reliquit etiam Bald.ibi ſub dubio, vtrum de iure cano. ſit locus pœnitentiæ in contractibus innominatis, de quo vide per eundem *in rub. C. de rerum permut. & per Modern.in d l.ſiue apud acta.& in l.ſi pecuniam.in princ.ff.de condi.ob cau. vbi dixi.*

Nono circa hãc materiam pacti vide vnum nouum dictum Mattheſil.*no.28.*cuius veritas pendet ex dictis Moder.*in l.1.§.ſi quis ſimpliciter.ff.de verb.oblig.*

Decimo quæſiuit in d. §. *ſi quis ſimpliciter.* ſolennis & recolendæ memoriæ Doc.Do.Thomas Doctor Senenſis,vtrum † iuramentum, quod operatur ſtipulationem inutilem valere vt pactum, & operetur vt ex pacto detur actio de iure canon :ſentit quod non. arg.not.

*in l.1.*

*in l.1. ff. de dotis promiſ.* contra quod videtur illud quod ſupra retuli docuiſſe *Mattheſi.not.36.* & quod dixi ſupra q.6. circa fin. in ver. ſuper tertio. Alios effectus pacti de petendo pleniſſime tradunt Dd. *in d. §. pactus ne peteret*, quem tibi lege in voce,

# QVÆSTIO XIIII.

## De effectione & implemento pactorum.

### SVMMARIA.

1 *Pacta quæ impleri ſeu executioni mandari poſſint, & quæ non.*

DEcimo quarto & vltimo eſſet videndum *DE † EXECVTIONE ET IMPLEMENTO PACTORVM.* Super quo Bald hic arti. vlt. diſtingit inter pacta habentia cauſam ſucceſſiuam, & habētia cauſam momentaneam, ſcilicet vt prima totaliter impleri non poſſint, alia vero ſic. *vt nota. in l.1. C. de pact. & in l. ſiue apud acta. & l. pluribus. §.1. ff. de verb. oblig. cum ſimil. vbi videndum.* 1

*Laus DEO Omnipotenti.*

Si in prædictis, quæ tradidi vobis, eſt aliquid dignum laude, tribuatur omnipotenti *DEO*: ſi vero erroneum, tribuatur mihi. Subijcio enim omnia dicta emendationi & implemento cuiuſcunq;. Puto autem leuiorem mihi culpam adſcribendam in illis quæ indigeſta forent, tum propter innumeras occupationes: tum propter rapidum æſtum, qui nos omnes etiam cruciauit, & quia vacationes iam aduenerunt, propter quas ingenia ſcholarium iam frigent.

*Laus iterum DEO, Amen.*



Digitized by Google

## AD QVÆSTIONEM DECIMAM QVARTAM, ADditio Matth. Cun.

CIrca materiam impedimẽti pactorum in quæſtionem venit, an is qui promiſit non petere illam promiſſionem perfecte implere poſſit? ad quam quæſtionem communiter reſpondetur quod non, *gloſ. l. 1. & ibi Bart. num. 7. Bald. num. 9. Salyc. num. 16. Alberic. col. vlt. Paul. Caſtren. num. 7. Roman. nu. 18. Iaſon. in fin. Dec. nu. 33. & Dd. communiter C. de pact. Bald. l. cum proponas. la. 2. in fin. & ibi Salyc. num. 1. Curt. Iun. num. 2. & reliqui ſequuntur. C. eod. titu.* Idq; ea ratione, quia non petere denotat factum ſucceſſiuum, infinitum tempus concernens, vt licet hodie nõ petatur, tamen in poſterum ſaltẽ de facto peti poſſit. Atq; ex hoc inferunt ad quæſtionem: Titius nudo pacto promiſit fratri Seio ſe daturum ipſi duas hæreditatis vncias, ſi Seius non velit petere fideicommiſſum quo pater Titium ſine liberis decedentem grauarat: Poſtea cum Seius pactum de non petendo fideicommiſſo feciſſet, & Titius nihilominus moram in dandis duabus illis vncijs traheret: quærebatur, an Seio qui pactum de non petendo fecerat aduerſus Titium competat actio ad tradendas illas vncias, & an Titius ad ſoluendum compelli poſſit? reſpondent Dd. quod non: eam ob cauſſam, quia hæc conuentionis ſpecies contractum innominatum continet, cuius proprium eſt, vt non prius actionem pariat, quam agere volens ex ſua parte perfecte adimpleuerit. *leg. cum proponas. C. de pact. l. naturalis. §. 1. ff. de præſcrip. verb.* Atqui hoc caſu Seius non perfecte impleuerat *per ſupradicta.* Igitur &c. Ampliatur autem prædicta Dd. concluſio, vt pactum de non petendo: nec per cautionem de nõ petendo adimpleri poſſit. *gloſ. d. l. 1. in fin. & ib. Cyn. Bald. Salyc. Paul. Caſtren. e Alex. Iaſ. Dec. Curt. Iun. & Dd. com. C. de pact. per textus & rationes ibid. adductas.*

Quæ licet de iuris ſubtilitate procedant: attamen teneri poſſet, quod eiuſmodi pactum inter homines legum ignaros initum, ad agendum proficere debeat: neque enim negant præfati Dd. quin actio detur ſi pactum his verbis conceptum ſit: dabo tibi duas vncias vt remittas fideicommiſſum, vel dabo tibi duas vncias, ſi remiſeris, aut ſi promiſeris non petere, & alter remittat, vel promittat non petere, vt expreſſe

preſſe per Paul. Caſtren. & alios de quibus *ſupra*. Æque igitur actio concedenda erit ſiue ita conuenerit dabo ſi non petieris, vel dabo vt non petas: ſiue dictum ſit dabo ſi remiſeris, vel vt remittas. Cum inter hæc verba imperiti nõ ſoleant diſtinguere: pro quo facit quod verba ita demum ſecundum interpretationem legalem accipienda ſint, ſi à legum conditoribus vel peritis proferantur, ſecus ſi ab indoctis, tunc enim intelligenda ſunt ſecundum quod in idiotas cadunt. *Alber. Brun. in tract. de ſtat. exclud. fœm. art. 6. q. 1. num. 13. per text. l. quid ſi nepotes, vbi gl. & Dd. ff. de teſt. tut.*

Similiter pro hac vltima declaratione facit quod pactum de non petendo parit liberationẽ *l. creditori.* vbi Salyc. & Fran. Aret. pactum de non petendo, pactum liberatorium appellant. *C. de pact.* illaque liberatio remiſſionis vim habet vt per Dec. Cagnol. & alios, *l. ſi quis obligatione, ff. de reg. iur.* His adde quod quando fit pactum de non petendo ante ius acquiſitum, ſed tamen delatum, non differt in effectu à renunciatione & remiſſione. *Dyn. conſi. 6. num. 6. Ioan. And. in addit. ad Spec. tit. de teſtament. §. inprimis, in magn. addit. Soc. conſi. 91. n. 5. lib. 1.* Porro limitatur illa Dd. ſententia, de qua *ſupra* aliis quoq; modis, *vt plene per Salycet. & Alex. in d. l. 1.*

Quæri etiam poterat circa executionem & implementa pactorum, quando ſatisfeciſſe dicatur is qui pactus eſt ſe facturum & curaturum: de qua quæſtione, *vid. Bar. l. qui autem, §. ſi quis, & ibi. Alex. in addit. ff. de conſtit. pecu. Fed. de Sen. conſi. 22. incip. maritus. Ant. de Butr. & CC. c. Gemma. de ſponſal. Franc. Aretin. l. fin. §. Labeo, n. 8. & ibi. Dec. nu. 9. & 10. ff. ſi cert. petat. Fran. Rip. l. quod te, n. 45. ff. ſi cert. petat. Socin. in fallent. reg. 404. Schurf. conſ. 35. n. 5. cent. 1. Port. conſi. 5. nu. 35. Crauet conſi. 272. n. 12. Tho. Gramat. q. 2. poſita poſt ipſius conſilia crimin. Gramat. deciſ. 107. num. 81. Io. Crot. l. 4. §. Cato. nu. 30. lect. 2. & ib. Alcia. nu. 135. ff. de verb. oblig. & latiſſ. per Anton. Gabriel. Rom. in tractat. reg. lib. 3. tit. de pact. concluſ. 2.*

Digitized by Google